...470. aut 540.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
25 B
10

12.L.16

12 D 16

12. D. 6.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ

ΗΜΩΝ ΓΡΗΓΕΝΤΙΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

γενομένου Τεφρῶν διάλεξις μετὰ Ἰου-
δαίου Ἑρβανοῦ τοὔνομα.

S. PATRIS NOSTRI

GREGENTII ARCHIEPI-ſcopi Tephrenſis, diſputatio cum HERBANO Iudæo:

Nunc primùm Græcè edita,

Cum interpretatione NIC. GVLONII, *Carnutis, Literarum Græcarum profeſſoris Regij, notis illuſtrata.*

Hoc Dialogo fides Chriſtiana tum diuinorum oraculorum expoſitione, tum miraculorum effectu confirmatur.

Ex Legato Illustr.mi Cocini

LVTETIÆ,

Apud FEDERICVM MORELLVM Typographum Regium.

M. D. LXXXVI.

EX PRIVILEGIO REGIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Coll. Rom. Soc. Jesu

CLARISSIMO VIRO, ÆGIDIO NOALLIO, ABBATI Inſulæ & Sancti Amandi Reuerendiſſimo, & Regis in ſanctiore Conſilio Conſiliario prudentiſsimo, Nicolaus Gulonius S. P. D.

ANTE *aliquot annos, Noalli honoratiſſime, Legatus Conſtantinopolim & ad Orientem verſus à Chriſtianiſſimo & Auguſtiſſimo Galliarum Rege miſſus, præter Regia mandata, quæ tu honorificè & cum laude ampliſſima confeciſti, id etiam egregiè curaſti, vt ſi quæ illic ingenij & doctrinæ monumenta Græca manuſcripta, nec dum nobis occiduis Gallis viſa & cognita, à Barbaris neglecta, ſitu obſita iacerent, maximè quæ Catholicam religionem & germanam pietatem ſpirarent, ea ſumma diligentia & cura tuiſque impenſis conquiſita, tecum iucundius &*

illuſtrius quàm olim Iaſon ex Colchide aureum vellus, adueheres. Quorum nonnulla in hanc vrbem reuerſus, cùm Ioanni Aurato Regio poëtæ ſingulari, veſtræ familiæ iuſtis de cauſis amiciſſimo, oſtendiſſes: hic afflatu magis quodã diuino percitus, quam conſilio & delectu impulſus, ex multis Græcis illis manu ſcriptis voluminibus hoc arripuit, præclarum certè & dignum in quod Auratus ſui ingenij aureum lumen infunderet. Sed is ad alia Regis iuſſu, quæ non niſi à tali viro confingi poterant abſtractus, inde etiam diuturno & ſenili morbo irretitus non id potuit præſtare, quod vltro tibi fuerat antè pollicitus. Confectum tamen promiſſi munus arbitratus eſt, ſi à me perſolueretur. Quæ permutatio tametſi iniqua videri poterat, & qualis illa Diomedis & Glauci apud Poëtarum Græcorũ Principem, χρύσεα χαλκείων *(nam pecunia cùm debetur, nihil refert à quo refundatur, ſi eadem eſt ſumma: at in his quæ ingenio conficiuntur & in quibus ſæpe opus eſt Delio natatore, diſpar eſt ratio, nec quiſquam poteſt cũ Aurato conferri) tibi tamẽ nõ fuit iniucunda, ſed generum pro ſocero accepiſti, méque ſponſorem ad promiſſum perficiendum amicè & beneuolè inuitaſti. Hæc meum animum ancipitem & hærentem differebant.*

Iliad. 5.

primùm

primũ moleſtiſſimæ & inextricabiles occupationes quibus domi & foris, priuatim & publicè docendo ita deſtineor, vt nullũ mihi tempus vacuum ac liberũ ad ſcribendum ſuperſit: Deinde libri manuſcripti haudquaquam mendis carentis perlegẽdi difficultas atque inſolentia. Præterea rei de qua diſſeritur magnitudo & ſublimitas, quæ interpretem theologum Dei oracula & effata probè callentem, non ſolum Grammaticum hominem petit & poſtulat. Verebar enim ne ſtatim illud audirem: Ἔρδοι τὶς ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην. *Me tamen tua vicit auctoritas & ſuauiſſima humanitas, mea etiam in ſocerum Auratum maxima obſeruantia & pietas impulit, vt onus meis impar viribus ſuſciperem. Id autem maximè vt facerem, libri ipſius aura quædam & fragrantia cæleſtis ſpiritus & doctrinæ Chriſtũ Dominum noſtrum ſuauiſſimè ſpirantis ac veriſſimè demonſtrantis induxit, & dubitantem mihique ipſi diffidentem erexit. Quàm verò breui tẽpore expreſſam latinè ſententiam & totius libri interpretationem qualemcunque tibi oſtenderim, tu ipſe teſtis es locuples & oculatus. Quæ ſi non tam citò cum Græco textu vt expetebas in lucem emiſſa eſt, piiſque mentibus & ſacris literis deditis communicata, dilatæ moræ cau-*

ſam transferas in tempora, quibus non tam Minerua & Muſæ, quàm Màrs & Bellona amantur & coluntur.

Vir. geo. 1. Quippe vbi fas verſum atque nefas, tot bella per orbem,
Tam multæ ſcelerum facies, &c.

quæ ſummus Poëta de bellis ciuilibus, in quibus ſunt omnia miſerrima, nimium verè cecinit. Miramur ergo huius ſeculi homines ſuis fortunis diffidere, & ſumptus atque impenſas facere nolle, niſi in eas res quæ continuò cum aliquo fœnore pecunias abſumptas poſſint rependere. Amicus tamen noſter collega Regius & Profeſſor & Typographus, ſeria lucro præponens huius tam diuini operis ſuauitatem ſagaciter odoratus, Græca cum Latinis ſuis typis mandare & in lucem proferre non dubitauit. Sed cùm is alia inſtituta & inchoata haberet opera quæ prius erant perficienda, & cogeretur omnis generis libros Græcos excuſos & paratos habere, quos Regij profeſſores publicè & quotidie interpretarentur, tardius quàm decuit & quàm ipſe voluit promiſſum abſoluit. Tandem tamen id confectum eſt & expletum quod noſtrum vterque vehementer optabamus & diu exſpectabamus. In quo quicquid eſt noſtræ operæ, ſtudij, induſtriæ,

laboris

laboris, ſiue Græcis in Latinum conuertendis, ſiue in iiſdem Græcis emendandis & illuſtrandis etſi perexiguũ & perminutum, id tamen omne, ornatiſſime NOALLI, *tibi dedicatum, & in tuo nomine inſcriptũ apparere voluimus. Tu enim huius beneficij idem dux, auctor, & hortator & dator es. Et ſi enim ex quo tempore iam opus hoc excudi cœptum erat, alterum exemplar è bibliotheca eorum qui ſunt ſocietatis* IESV, *mihi oblatum fuit, minutiſſimis quidem maximéque compendiariis notis exſcriptum: quo adiutus noſter Morellus ſedulam operã nauauit, & quædam adiunxit, quæ in tuo, ſcribentis errore, prætermiſſa fuerant, & alia confirmauit quæ coniectata ſine ope vlla alterius codicis in ora libri adſcripſeramus: in vtroque certè exemplari ſat multa ſuperant deformata, & vlcerata, quæ vt potuimus ſanauimus. Hoc tamen quicquid eſt, tuum eſt beneficium, quia tuo conſilio & hortatu ac diligentia è latebris, è tenebris, è ſitu in lucem aſpectúmque & manus hominum prolatum eſt. Per te igitur, laudatiſſime Noalli, ſanctiſſimi patris Gregentij Archiepiſcopi Tephrenſis in Regno Homeritarũ apud Æthiopas, pro veritate Chriſtianæ religionis acerrimi diſputatoris & miraculis clariſſimi, inter-*

mortua & pene ſepulta memoria ab interitu vindicata reuiuiſcit, refloreſcit, nouos fructus profert. Quemadmodum enim olim vir ille Dei numine afflatus, caritatis ardore accenſus, incredibili ſacrarum literarum ſcientia & intelligentia, dicendíque copia admirabili, & inſuperabili diſſerendi ſolertia præditus, Iudæos incredulos, peruicaces, in Chriſtum impios & ſacrilegos conuitiatores, cum quibus in certamen venerat, fortiter cōfutauit, terribiliter excæcauit, excæcatos & ſubinde luſtrifico lauacro tinctos mirabiliter illuminauit, atque in fide, quæ eſt in Ieſum Chriſtum verum Deum & verum hominem, verum Meßiam & Pontificem ſummum, mediatorem, Iudæorúmque & gentium in ipſum credentium certißimum ſeruatorem, prudenter & ſapienter confirmauit: ſic etiam hoc tempore tanquam rediuiuus ipſe, Iudæos qui nunc in eadem mentis cæcitate & perfidia contumaciter permanent, & eiuſdem impiæ fraudis conſcios, aut funditus à Deo reiectos confundet, aut conuictos & diuinis oraculis perſuaſos ad veritatis notitiam & lucem adducet: Eos verò qui pietatem, religionem & iuſtitiam verè complectuntur & colunt, ſacrarúmque in primis literarum, id eſt veræ gloriæ, ſtudioſos conſolabitur, & cœleſti perſun-

det

det lætitia. Laus etiam Palladij Alexandrini antè celata per te renouata inclareſcet, qui iuuenis ſcholaſticus tanti viri aſſecla huius quatuor dierum admirandæ diſputationis non auditor tantùm, ſed eclogarius ſcriptor & fortaſſe auctor ipſe fuit. Quare, nobiliſsime Noalli, gaude tuo iſto tam excellenti bono, & fruere cùm fortuna & gloria, tum etiam ſpe immortalitatis, non ſolum poſt fata in cælis, ſed etiam in terris. Audient enim non modò iam nati, ſed etiam qui poſtea naſcentur homines, te Ægidium Noallium non ſola maiorum claritate & ſtemmate, ſed etiam propria virtute inſignem, fide, pietate, religione, prudentia, conſilio, auctoritate, ſapientia, dignitate, conſtantia, commemorabilem, intimi Regij conſilij participem, in Anglia, Scotia, Polonia, Conſtantinopoli Legatum, Regiam perſonam omni re, loco, tempore, ita ſuſtinuiſſe vt inde integritatis, grauitatis & fidelitatis gloriam maximam ſis cõſecutus. Sed ad has tuas egregias laudes adiicient poſteri, quod quibus ſtudiis & literis clarueris, in iiſdem propagandis & exornandis elaboraueris, eáque ingenij & doctrinæ monumenta reliqueris & propter te relicta ſint, quæ ipſos qui te cõmemorabunt ac celebrabunt recreare poſsint & iuuare. Vale. Lutetiæ, Kalend. Septemb. 1586.

Vide huius lib. pag. 184.

AD REVERENDISSIMVM DOMINVM AEGIDIVM NOALLIVM *Regium Legatum.*

ILLE diu terra multúmque vagatus & alto
Laërte genitus, Phrygia quæ victor ab vrbe
Multa reportarat, ſpolijs excuſſus opimis:
Hoſpita cùm Alcinoi palatia linqueret hoſpes,
Ex auro tripodas ex argentóque lebetes
In patriam retulit, longos ſeruanda per annos
Munera:par Troû quibus eſſet gazâ nec omnis:
Nempe prius Græcis ignotas res tot & artes.
Núncque NOALLIADAE fratres maiórque minórque,
Ambo legati Regum Byzantis ab vrbe
Dum redeunt rebus fœliciter vſque peractis:
Nil retulere niſi noménque decúſque perenne,
Et plures libros veterum monuméta virorum:
Quæ poterant periiſſe, Dei niſi prouida cura
Conſeruaſſet adhuc hoc profectura per æuum.
Ad quę cùm viſenda ſua me ſponte vocaſſet
Ille minor fratrũ ÆGIDIVS nõ arte ſed annis,
(Ambo per magni qui corporis ingeniíque,
Magnis in rebus Regum verſatusvterque,
Magnos pro meritis & honores nactus vterq;)
Inter vt eligerem de multis pauca rogato,
Præteritis aliis doctis ſcriptoribus vltro,
Tu mihi GREGENTI, tua viſáq; pagina ſacra
Contra & Iudæos Mahumeticolaſque futuros

Aſſertrix veri Chriſti pro diuite gaza,
Ante omnes tripodas Phrygióſque legenda lebetes,
Hanc ſimul arripuíque, arreptam & ab hoſpite ſumpſi,
Perlegíque diu, myſteria condita mirans,
Etiam Chriſticolæ digna edi gentis in vſum,
Cùm mihi pérque domus, per multa negotia & aulæ,
Copia nulla foret vertendi, in pręláque dandi:
Tu mihi tu viſus digniſſimus eſſe, GVLONI,
Hoc ſtudio, hac opera: qui ſacris quíq; profanis
Artibus exornas regalia pulpita Lector.
Ergo magna tibi debetur gloria primo
ÆGIDI, ab externa mihi qui regione relati
Auctor muneris es: decus vnde tibi omne per æuum.
Proxima debetur tibi gratia, docte Guloni,
Tam bene qui verſum tantóque labore fidéque
Hoc in vulgus opus veræ pietatis ad vſum
Mittis, inauditum Græcis paritérque Latinis.

Ioannes Auratus Poëta &
Interpres Regius.

DE EODEM.

PRIMA quidem tua laus,ô CHRISTI numine plene
GREGENTI, cuius numina vera probas.
Quòd non eſt alius,qui verus Chriſtus haberi
Poſſit, per certos biblia ſacra libros:
Quàm cui à patre datum eſt venerabile nomen IESVS:
Nomen quod cælum totáque terra tremit.
Nomen ab humanis quod dæmonas excutit atros
Corporibus, quoties Chriſtus abire iubet.
Non igitur mirum, tibi ſi Iudaica turba
Ceſsit:& Herbanus qui tuus hoſtis erat.
Te certante manus tibi victas is dedit vltro,
Omnia ſe victum ſcripta per ipſa fatens.
Cùm peteret ſignũ gens non niſi credula ſignis,
Mox capti fiunt lumine quotquot erant.
Redditus at viſus non corporis vnicus illis:
Redditus eſt veri viſus & ipſe Dei.
Talia,quæ multos fuerant ignota per annos,
Non etiam noſtro tempore nota forent:
Tu niſi Legatus rediens Byzantis ab vrbe
Regius, hęc nobis ſcripta legenda dares.
Magna Noalliadum tu gloria,gentis auitę,
Qui per te ne ſit laus peritura caues.
Siue op'eſt armis,domus hęc tua regis ad arma
Prompta fuit ſemper,ſemper ad arma vigens:
Siue opus externas ad gentes regia ferre
Mandata, eſt fratri laus ea, magna tibi eſt.

Siue

Siue opus eſt ſacris, non qui ſacra vera miniſtret
Quam tu ſanctior eſt, frater vt ante fuit.
Teſtis erit veſtrę pietatis & vſque ſuperſtes,
Donec Gregenti charta ſuperſtes erit.

DE IO. AVRATO ET N. Gulonio Libri interprete.

AVRATVS ſat erat ſupérque notus
Multis verſibus editis Latinis,
Græcis, diſcipulíſque vtraque lingua.
Quos inter mihi ſi quis eſt & ipſi
Caluo è monte locus, tibi Guloni
Aurati genero, tuíſque doctis
Scriptis gratulor, ob pium libellum
Gregenti tibi nuper eleganter
Verſum: vt notior in dies diéſque
Fias túque gener, tuus ſocérque:
Doctas dignus vterque quos ob artes
Pręſens, poſtera quóſque laudet ętas.

Ioannes Caluimontanus Lemouix.

Approbatio Doctorum S. Theologiæ.

NOs ſubſignati ſacræ Theologiæ doctores, Sancti Patris noſtri Gregentij Archiepiſcopi Tephrenſis diſputationem cum Herbano Iudæo à N. Gulonio literarũ Græcarum profeſſore Regio, latinè explicatam perlegimus, nihilque in ea à fide Catholica Romana, piiſve moribus alienum deprehendimus. Quare digniſſimam cenſemus, quæ & ad communem vtilitatem & religionis incrementum in lucem communémque aſpectum prodeat: quod chirographis teſtatum voluimus, ſexto Iulij, anno à partu Virginis 1584.

G. GENEBRARDVS.

F. VVIART Crucifer.

SVMMA PRIVILEGII REGII.

REGIAE Maieſtatis priuilegio cautum eſt ne quis vel coniunctim vel ſeparatim excudat, neu quis alibi impreſſum diuendat per omnes eius ditionis fines, ad octo annos, hanc Diſputationem Gregentij Archiepiſcopi cum Herbano Iudæo, Græcè ſcriptam, & Latinè expreſſam à N. Gulonio literarum Græcarum Profeſſore Regio, citra Federici Morelli Typographi Regij (à quo nunc primùm hoc opus Græcè & Latinè editum eſt) voluntatem. Qui ſecus fecerit, libris, & pœna in ſanctione æſtimata multabitur, vt latiùs patet in literis datis Lutetiæ Pariſiorum, Non. Nouembris, Anno 1584. Subſignat.

Ex Senatus ſententia, DANES.

Variæ lectiones & caſtigationes è vetuſtiori codice Græco depromptæ.

Pag.1. b. pro inſcriptione Ἑρβὰν τοῦ νομοδιδασκάλου, legitur, vt in frontiſpicio libri, in veteri codice, τοὔνομα. vt ſignificetur Iudæo nomen fuiſſe Herban, tametſi is Herban νομοδιδάσκαλος appelletur, hoc in lib. pag. 37. b. l. 2.

Pag. 3. b. l 2. coniectura interpretis veteris codicis fide confirmatur, hîc & pleriſque aliis in locis.

Pag. 5. b. l. 12. Καὶ εὐλογ. v.c. ἐνευλογηθήσονται. vt pag. 29. lin. antepen.

Pag. 9. a. l. antep. τὴν σύνθεσιν. v.c. τὴν σύνεσιν. illud ſeriem, hoc ſenſum & intellectum, ſignificat.

Pag. 15. a. l. 14. leg. Ἀνώμαλον.

Pag. 23. b. l. τοῦτο δ' ἐπερ. v.c. ὅ σοι ἐπερ. ἀντὶ τοῦ, σε.
Ibid. l. antepen. προβάλλοντο. leg. προεβάλλοντο.

Pa. 27. l. 4. poſt hęc verba, τῷ ἡλίῳ, inſere è vet. cod. Καὶ πρὸ τῆς σελήνης γενεὰς γενεῶν. σὺ οὖν λέγεις ὅτι περὶ Σολομῶντος ταῦτα ἐῤῥήθη. δεῖξόν μοι οὖν ποῖον συκοφάντην ὁ Σολομῶν ἐταπείνωσεν· ποῦ δὲ συμπαραμένει τῷ ἡλίῳ. Ὁρᾷς, &c. hoc eſt, *Et ante Lunam, generationes generationum. Ais igitur de Solomone hæc dicta eſſe. Oſtende ergo mihi quemnam calumniatorem Solomon humiliauit. Vbinam verò permanebit cum Sole.* Vides, &c.

Pag. 29. l. 16. πῶς εἰρ. v.c. πῶς δὲ εἰρ.

Pag. 31. b. l. 19. ὁ ἐμὸς καὶ ἄνθρ. leg. ἐμὸς καὶ θεὸς καὶ ἄνθρ.
Ibid. l. pen. μίαν δὲ καὶ τήν.

Pag. 51. l. 2. κεκρατημένης. v.c. κατηραμένης. meliùs, de Synagoga deteſtabili.

Cetera quæ nos inuitos effugerunt, æquus & prudens Lector facilè agnoſcet, & ignoſcet.

Εἰς διάλεξιν περὶ πίστεως.

Οὐδὲν ἐτητυμίης γεραρώτερον, οὐδὲν
ἄμεινον·
Οὔτι δ' ὄνειαρ ἔχει ψεῦδος ἀκιδνότατον.
Χριστιανῶν ἱερεὺς Γρηγόριος ἦεν ἔρεισμα·
Ἐρβαῖ ἀντίπαλος δ' Ἰσακιδῶν πρόμαχος.
Ἔνθα δ' Ἰουδαίων ὑπερίωσειη ἀγερώχων
Εἶκε χριστοσεβῶν οὐρανίοισι λόγοις.
Χριστὸς δ' ἀρχιερεῖ κράτος καὶ κῦδος ὀπάσσας
Φαίνεται ἐκ κορυφῆς ἀστερόεντος ἕδους.
Ὄφρ' εὖ γιγνώσκωσι θεὸν κάρτιστον ἄπιστοι,
Υἱὸν μουνογενῆ ὑψιθρόνοιο πατρός.
Οὗ πέρι πάντες ἐμαντεύσαντο προμάντιες
ἄνδρες,
Σωτῆρ' ἐσσόμενον μούνων ἐπιχθονίων.
Ἑλλάδι Γαλλάδης τάδ' ἔγραψε, Γυλώνιος
αὐδῇ
Αὐσονίῃ, Μουσῶν δῶρον ἐπιστάμενοι.

Φεδερίκου τοῦ Μορέλλου διδασκ.
καὶ τυπογρ. βασιλικοῦ.

Ὕμνος εἰς Ἰησοῦν Χριστόν.

ΧΡΙΣΤΕ τῶν θνητῶν βασιλεῦ θεῶν τε,
Χαῖρ' ἄναξ, δῶτορ σοφίης τηλαμποῦς·
Εὐσεβὲς δὸς μοὶ περὶ σοῦ νοοῦντι,
Ὡς θέμις, εἰπεῖν.
Εἶ γὰρ ἀῤῥήτου θεότητος αὐγὴ,
Ἐκ φάους φῶς, καὶ θεὸς ἐκ θεοῖο·
Λαμπρότης, εἰκὼν, λόγος οὐσιώδης
Πατρὸς ἀνάρχου.
Ἀγγέλων θεῖαι διὰ σοῦ χορεῖαι
Εἰσὶν, αἰῶνές τε τρέχουσ' ἄπαυστοι,
Ἥλιος, μήνη, τάτε λαμπρὰ κόσμου
Ὄμματα στίλβει.
Κοίρανος πάντων, τῶν δ' ὅλων φυλάσσεις
Ταῖς ἑοῦ μορφαῖς πολυδαιδάλοισι·
Τῶνδε καὶ μηδὲν δίχα σοῦ γένοιτ' ἂν,
Ὅσσα τέτυκται.
Σῶσον ὦ σῶτερ πολυμάεις Ἰησοῦ,
Ἄμμι δὸς γνῶναι τρισφαὲς τὸ θεῖον,
Καί σε καὶ τὸν σὸν γενέτην καὶ ἁγνὸν
Πνεῦμα σέβεσθαι.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΓΡΗΓΕΝΤΙΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΓΕνομένου Τεφρῶν, διάλεξις μετὰ Ἰουδαίου Ερβᾶν τοῦ νομοδιδασκάλου.

Τελεσθείσης ἤδη τῆς προθεσμίας τῆς τεσσαράκοντα ἡμερῶν, παρεγένοντο οἱ Ἰουδαῖοι τοῦ διαλεχθῆναι, ὡς ἐκελεύσθησαν. Καὶ τῆς δοκιμασίας ἐν τῇ Θερελλέτῳ γεγονυίας (αὐλὴ δὲ τοῦτο μεγίστη, καὶ πρώτη τῶν βασιλείων ἐστὶ) πάσης τε τῆς τάξεως ἀθροισθείσης παρούσης, καὶ τῆς ἱερᾶς συγκλήτου, παρεγένετο ὁ βασιλεὺς ἅμα τῷ ἁγιωτάτῳ Ἀρχιεπισκό-

πισκό-

SANCTI PATRIS NOSTRI GREGENTII, ARCHIEPISCOPI TEPHRENſis, Diſputatio cum Herbano Iudæo, Legis doctore.

Interprete Nicolao Gulonio, literarum Græcarum profeſſore Regio, Carnute.

DIERVM quadraginta ſtato præfinitóque tempore iam demum peracto, Iudæi ad diſputandum, ſicut iuſſi fuerant, conuenerunt. Probatione quidem facta in Threlleto (hæc autem aula eſt Regiarum maxima & prima) omníque ordine congregato, & ſacro ſenatu præſente, Rex etiam adfuit, cum ſanctiſſimo Archiepiſco- Diſputationis apparatus.

po. Atque ipſi poſtquàm conſederunt, totius ciuitatis ad audiendum concurſus factus eſt. Ingreſſi igitur Iudæi Herbanum diſputationis auctorem & ducem cõſtituerunt. Hic vir certè erat apprimè doctus; Legem intelligens, & ſacros Prophetarum libros, & Octateuchum, & reliqua ſcripta. Vt autem Scribarum & Phariſæorum & legis doctorum (erant enim ex omnibus ciuitatibus principes ipſorum doctores, & qui ſcientia & eloquentia valebant, ex Regis edicto congregati) hunc circunſtetit multitudo, alto ſilentio facto, Archiepiſcopus ad ipſum, omnémque Iudæorum cœtum ſermone conuerſo dixit. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Cùm nox præterierit, & ſol iuſtitiæ ſit exortus, quam ob cauſam eius luci contumaciter reſiſtitis, aduerſantes, neque in ipſum credentes? HERBANVS. Si igitur ſol exortus lucet, & nos qui in Deum legis credimus, vt tu dicis, eius luci aduerſamur: quanto magis vos, qui gentes extraneæ eſtis, & qui à lege diuina & à Deo data aliena

Primus cõgreſſus de gẽtium vocatione & Iudæorum reprobatione.

ſtatuitis

πισκόπῳ. Καὶ καθεσθέντων αὐτῶν ἐπέστη περὶ κύκλῳ αὐτῶν πᾶσα ἡ πόλις ἀθρόως. Εἰσελθόντες οὖν καὶ οἱ Ἰουδαῖοι ἔστησαν Ερβὰν ὡς ἡγούμενον τοῦ λόγου αὐτῶν· ἦν γὰρ αὐτὸς ἄκρως πεπαιδευμένος τόν τε νόμον, καὶ τὰς τῶν προφητῶν θείας δέλτους, τήν τε ὀκτάτευχον, καὶ τὰ περίλοιπα. ὡς δὲ περιέστη κύκλῳ αὐτοῦ τὸ πλῆθος τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, καὶ νομοδιδασκάλων· ἐκ γὰρ πασῶν τῶν πόλεων ἦσαν συναθροισμένοι οἱ μεγάλοι αὐτῶν, καὶ ὅσοι δυνατοὶ ἐν λόγῳ κατὰ τὴν πρόσταξιν τοῦ βασιλέως. σιγῆς δὲ γεγονυίας οὐ μικρᾶς, ὁ Ἀρχιεπίσκοπός φησι πρὸς αὐτὸν, ἤτοι πρὸς πᾶσαν τὴν συναγωγὴν τῶν Ἰουδαίων. Ο ΑΓΙΟΣ ΑΡΧ. Τῆς νυκτὸς διελθούσης, καὶ τοῦ ἡλίου ἀνατείλαντος τῆς δικαιοσύνης, δι' ἣν αἰτίαν φιλονεικεῖτε τῷ φωτὶ αὐτοῦ ἐναντιούμενοι, καὶ μὴ πιστεύοντες εἰς αὐτόν; ΕΡΒΑΝ. Εἰ οὖν ὁ ἥλιος ἐξανέτειλε, καὶ ἡμεῖς οἱ εἰς τὸν θεὸν τοῦ νόμου πιστεύοντες, ὡς σὺ φῄς, ἐναντιούμεθα τῷ φωτὶ αὐτοῦ, πόσῳ γε μᾶλλον ὑμεῖς τὰ ἀλλότρια ἔθνη, ἅ τινα ἀλλότρια

χρηματίζετε τοῦ προσδόκου νόμου ἡμῶν καὶ θείου;
ἴσ. τίνες. Καὶ ὁ ἅγιος. * Τίνες ἐσμὲν ἄρα ἡμεῖς οἱ ἐξ ἐθνῶν, κτίσμα καὶ ποίημα; Ερβαν. Τοῦ θεοῦ δηλονότι· αὐτὸς γὰρ ἐποίησεν ἀμφοτέρους ἡμᾶς. Καὶ ὁ ἅγιος. Ποίαν οὖν περιτίμησιν ὑμεῖς παρ' ἡμῶν κέκτησθε; Ερβαν. Οἵαν ἔχομεν παρὰ τοὺς Αἰγυπτίους. Καὶ ὁ ἅγιος. Δεῖξον οὖν τὴν περιτίμησιν. Ερβαν. Οὐκ ἔγνως τὰ μεγάλα θαυμάσια, ἅπερ ἐν γῇ Αἰγύπτῳ καὶ ἐν ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, καὶ ἐν ἐρήμῳ, ὁ θεὸς διὰ Μωσέως, τῇ ἐξόδῳ τοῦ Ισραὴλ ἐτερατούργησεν, πνίξας τοὺς Αἰγυπτίους ὑπὸ τὸ ὕδωρ, καὶ αὐτὸν διασώσας. Καὶ ὁ ἅγιος. Οὐδεμία διαφορὰ ὑμῶν καὶ τῶν Αἰγυπτίων. ἐκείνους γὰρ ἔπνιξεν ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ ὑμᾶς κατέστρωσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ· καὶ οἱ διαβάντες τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν ὡς διὰ ξηρᾶς, ἐν τῷ λιμένι ἐναυαγήσατε, κακῶς ἐν ἐρήμῳ τελέσαντες· ἀπὸ γὰρ τῶν ἑξακοσίων καὶ ἐπέκεινα χιλιάδων τοῦ λαοῦ, Χαλὲβ καὶ Ιησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ, οὗτοι μόνοι κατηξιώθησαν κληρονομῆσαι τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελείας. ἴδε οὖν, πῶς ὑμᾶς

περιετι-

ſtatuitis tanquam oracula? SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Cuius igitur ſumus, nos qui ex gentibus, creatura & factura? HERBAN. Dei videlicet. Ipſe enim fecit nos vtroſque. S. ARCHIEPISCOPVS. Quam igitur prærogatiuam vos præ nobis habetis? HERBAN. Quam ſupra Ægyptios cõſecuti ſumus. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Oſtende igitur, qua in re præcellitis, & maiore honore dignandi eſtis. HERBAN. Ignoras magna miracula, quæ in Ægypto & in mari rubro & in deſerto Deus per Moſem mirabiliter fecit, cùm egreſſus eſt Iſraël, demerſis & aqua extinctis Ægyptiis, ipſe verò conſeruatus euaſit? SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Inter vos & Ægyptios diſcrimen nullum eſt. Nam illos mari obrutos ſuffocauit, vos verò in deſerto proſtrauit: & qui rubrum mare inciſum ac diuiſum pertranſiiſtis, tanquam per ſiccum & aridum ſolum, in ipſo portu naufragium feciſtis, malè in deſerto finientes. Nam ex ſexcentis & amplius populi millibus, Chaleb & Ieſu Nauæi filius, hi ſoli digni ſunt habiti, qui terræ promiſſæ hæreditatem acciperent. En quo modo vos

Deus vniuerſorũ dominus.

Exod. 14.

Numer. 14.

Deus pluris quàm Ægyptios fecit. HERB. Cui Manna è cœlo Deus in deſerto pluere fecit, Iſraëlitico populo, an Ægyptiis? SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Tu verò vtrum cenſes apparuiſſe honorabilius & præſtabilius, Ægyptium edulium & eſculentum quod edebas, an Manna cœleſte in deſerto? HERBAN. Manna ſanè. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Quomodo in deſerto, mente veſtra & cogitatione ad priſtina reuerſi fuiſtis, concupiſcentes cæpe & allia, & carnes ſuillas in lebetibus elixas, omnemque Ægyptiorũ cibum, Manna ad odium & nauſeam faſtidientes? HERBAN. Perperàm patres noſtri ſacros Iſraëlis populi libros vltrò & ſponte in linguam Græcam conuerterunt: vt his vos ſtudioſè & obnixè inſiſtentes, nobis omnibus os obſtrueretis. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Cùm vidiſſet Deus, quòd non in his probaremini, multis modis eos nobis tanquam theſauros reconditos aſſeruauit. HERBAN. Si quidem, vt ais, non probati ſumus, vnde deducuntur Prophetæ? SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Prophetæ à domino, velut Angeli, ic [illegible], internuncij quidam, ad nos miſſi fuerunt, nobis & voluntatem

Exod. c. 16.

Ptolomæus Philadelphus hoc impetrauit ab Eleazaro Pontifice, vide D. Aug. lib. 18. c. 42. de ciuit. dei & Ioſeph. lib. 12. antiq. Iud.

προετιμήσατο τῶν Αἰγυπτίων ὁ θεός. Καὶ ὁ Ερβαν. Καὶ τίνι τὸ μάννα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔβρεξεν ἐν τῇ ἐρήμῳ, τῷ Ισραὴλ, ἢ τοῖς Αἰγυπτίοις; Καὶ ὁ ἅγιος. Σὺ ποῖον οἴει πεφηνέναι τιμιώτερον, τὰ ἐδέσματα ἅπερ ἤσθιες ἐν τῇ Αἰγύπτῳ, ἢ τὸ μάννα ἐν τῇ ἐρήμῳ; Ερβαν. Τὸ μάννα δηλονότι. Καὶ ὁ ἅγιος. Καὶ πῶς ἐστράφητε ἐν τῇ ἐρήμῳ τῇ διανοίᾳ ὑμῶν εἰς τὰ ὀπίσω, ἐπιθυμήσαντες κρομμύων καὶ σκορόδων, τῶν ἐν τοῖς λέβησί τε ὑείων κρεῶν, καὶ πάσης τῆς Αἰγυπτίων τροφῆς, μισήσαντες τὸ μάννα; Ερβαν. Κακῶς κατέστρεψαν οἱ πατέρες ἡμῶν ἑκοντὶ τὰς βίβλους τοῦ Ισραὴλ εἰς τὴν ἑλλάδα γλῶσσαν, ἵνα ταύταις ἐμφιλοχωροῦντες ὑμεῖς ἐπιστομίζητε πάντας ἡμᾶς. Καὶ ὁ ἅγιος. Εωρακὼς ὁ θεὸς ὅτι οὐκ εὐδοκιμεῖτε ἐν αὐταῖς, πολυτρόπως ἡμῖν ταύτας ἐξαμείψατο. Καὶ ὁ Ερβαν. Εἴπερ οὐκ εὐδοκιμήσαμεν, ὡς σὺ φῂς, πόθεν κατάγονται οἱ προφῆται; Καὶ ὁ ἅγιος. Οἱ προφῆται παρὰ κυρίου, ὡς ἄγγελοί τινες πρὸς ἡμᾶς ἀπεστάλησαν, σαφηνίζοντες ἡμῖν τοῦ παντοκράτορος

τὸ θέλημά τε καὶ βούλημα; ἐπεὶ δὲ ὑμῶν οὐκ ἐχρηματίσθη. Ερβαν. Μωσῆς καὶ Ααρὼν, καὶ Ιησοῦς καὶ Σαμψὼν, καὶ Σαμουὴλ καὶ Δαβὶδ, καὶ οἱ μετ' αὐτοὺς, ἆρα οὐκ εἰσὶ σπέρμα Αβραάμ; Καὶ ὁ ἅγιος. Φημὶ κἀγὼ, σπέρμα τοῦ Αβραὰμ ἀληθῶς εἰσί· καὶ γὰρ καὶ αὐτοὶ τὰ ἔργα τοῦ Αβραὰμ ἐπεδείξαντο, καὶ δικαίως υἱοὶ αὐτοῦ ὀνομάζονται· ὑμεῖς δὲ πόῤῥω ἀπέχετε τῶν δικαιοπραγιῶν τοῦ Αβραάμ. ἐντεῦθεν οὖν κατέπαυσεν ὁ θεὸς τὰ ὑμῶν, καὶ ἡμᾶς ἐξανέστησε τοῦ εἶναι τέκνα τοῦ Αβραάμ. εἰρήκει γὰρ
„ πρὸς αὐτὸν ὁ θεός· Καὶ εὐλογηθήσονται ἐν σοὶ
„ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς· ἰδοὺ οὖν λελάληκε,
„ καὶ ἐγένετο. ἀπὸ γὰρ τῶν περάτων τῆς οἰκουμένης
πιστεύσαντες λαοὶ, φυλαὶ, καὶ γλῶσσαι, εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον, εὐλογοῦνται παρὰ τοῦ παντοκράτορος, διὰ τὴν καλὴν πίστιν αὐτῶν, σὺν τῷ πιστῷ αὐτοῦ καὶ τιμίῳ θεράποντι Αβραάμ. Ερβαν. Πόθεν οὖν ἐξελάβετε πατέρα καὶ υἱὸν καὶ πνεῦμα πιστεύειν, καὶ εἰσφέρετε εἰς τὸ μέσον τρεῖς θεοὺς ἀλλοκότους. Καὶ ὁ ἅγιος. Ως βλέποντες τοῖς διανοίας ὀφθαλμοῖς, οὕτω φρονοῦμεν.

voluntatem & conſilium præpotentis Dei declarantes, quoniam ex vobis non fuerunt. HERBAN. Moſes & Aaron, & Ieſus Naue, & Sampſon, & Samuel, & Dauid, & qui poſt ipſos, nónne ſunt ſemen Abrahæ? SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Ego equidem dico, quòd verè ſunt ſemen Abrahæ. Etenim ipſi opera Abrahæ oſtenderunt: & meritò filij ipſius nominantur. Vos autem longè abeſtis à iuſtis ipſius Abrahæ actionibus. Eam ob cauſam quæ veſtra ſunt, ceſſare fecit Deus, & nos exſuſcitauit, vt eſſemus filij Abrahæ: huic enim dixerat Deus, Et benedicentur in te omnes tribus terræ. Ecce igitur locutus eſt, & factum eſt. Nam à finibus orbis terrarum qui populi & tribus & linguæ in Patrem & Filium & Spiritum ſanctum crediderunt, ab omnipotente benedicũtur propter egregiam fidem ipſorum, cum fideli ipſius & honorabili famulo Abrahamo. HERBAN. Vnde igitur Patrem & Filium & Spiritum ſanctum credere accepiſtis atque in medium tres monſtroſos ac portentoſos Deos inducitis? SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Tanquam mentis oculis intuentes, ſic ſenti-

Gen. 18.

De myſterio ſanctiſſ. Trinitatis.

mus: Deum vnum in tribus hypoſtaſibus ſiue perſonis credentes. Tres autem Deos qui inuehit & profert, execrandus. Nam mentem omnipotentis, vt omnium cauſam, Patrem nominamus. Verbum autem, vt à mente genitum, filium dignè appellamus. At verò Spiritum ſanctum, vt à mente procedentem, & in verbo * requieſcentem, vitamque omnibus largientem, Spiritum dicimus. HERBAN. Moſi & Prophetis quomodo Deus non præcepit in Patrem & Filium & Spiritum ſanctum credere, ſed vobis ſolis, qui nuper hoc commenti eſtis, vt vos aſſueratis? SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Abrahamo quidem in figura Deus oſtendit, quòd filium habet, & quòd homo naſciturus eſſet, immolãdus, moriturus, & non moriturus. Abrahamus enim Iſacum filium immolare iuſſus, pro ea quam erga Deum habuit charitate, voluntate, & conſilio capto iugulauit, & non iugulauit, conſummauit & non conſummauit. Viuum enim ipſum ex inopinatis & inſperatis domum reduxit. Sic Dominus Deus, pro mundi ſalute, filium ſuum iugulauit:

* Caue Græcorum errorem de proceſſione ſpiritus ſancti.

Chriſtianorum eſt noſſe myſteria.

Gen. 22. Ad Heb. cap. 11.

Iſaac typus Chriſti. quod plenius docet D. Aug. lib. 16. cap. 32. de C. D.

ſed

φρονοῦμεν· τὸν θεὸν ἕνα ἐν τρισὶ προσώποις, καὶ τρισὶν ὑποστάσεσι. τρεῖς δὲ θεοὺς ὁ εἰσφέρων, ἐπικατάρατος· τὸν γὰρ νοῦν τὸν παντοκράτορος, ὡς αἴτιον πάντων, πατέρα ὀνομάζομεν· τὸν δὲ λόγον, ὡς ἀπὸ τοῦ νοὸς γενόμενον, υἱὸν ἀξίως προσαγορεύομεν· τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς ἐκ τοῦ νοὸς ἐκπορευόμενον, ἐν δὲ τῷ λόγῳ ἀναπαυόμενον, καὶ ζωὴν τοῖς πᾶσι παρεχόμενον, πνεῦμα ὀνομάζομεν. Ερβαν. Τῷ Μωϋσῇ καὶ τοῖς προφήταις πῶς οὐκ ἐξέθετο ὁ θεὸς πιστεύειν εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, ἀλλ' ἢ μόνοις ὑμῖν νεωστὶ τοῦτο ἐξευρηκόσιν, ὡς ὑμεῖς φατέ. Ο ἅγιος. Τῷ Αβραὰμ μὲν, ἐν τύπῳ ὑπέδειξεν ὁ θεὸς, ὅτι υἱὸν ἔχει, καὶ ὅτι μέλλει ἄνθρωπος γίνεσθαι, καὶ ὅτι μέλλει σφαγιάζεσθαι, καὶ ὅτι μέλλει ἀποθνήσκειν, καὶ οὐκ ἀποθνήσκειν. τὸν γὰρ Ισαὰκ, δι' ἀγάπην θεοῦ προσταχθεὶς σφαγιάσαι Αβραὰμ, τῇ προαιρέσει ἔσφαξεν, καὶ οὐκ ἔσφαξεν, ἐτελείωσε, καὶ οὐκ ἐτελείωσε· ζῶντα γὰρ αὐτὸν ἐκ τῶν ἀπροσδοκήτων ὑπέστρεψεν. οὕτω καὶ κύριος ὁ θεὸς ἔσφαξε τὸν υἱὸν αὐτοῦ ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τοῦ κόσμου·

ἀλλά γε τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστὰς, κἂν ἐσφάγη, οὐκ ἐσφάγη· κἂν ἀπέθανεν, οὐκ ἀπέθανεν· ἐνίκησε γὰρ τὴν σφαγὴν, καὶ ἡττήσας τῷ θανάτῳ τὸν θάνατον, ὡς θεὸς ἀληθὴς καὶ τέλειος ἄνθρωπος, ἔδειξεν ἐν ἀληθείᾳ ὅτι υἱὸς τοῦ θεοῦ. Καὶ ὁ Μωϋσῆς δὲ λέγει ἐν τῇ κοσμοποιΐᾳ ἐμφαίνων τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ. Καὶ εἶπε, φησι, κύριος ὁ θεὸς, κύριος ὁ υἱὸς, θεὸς ὁ πατὴρ, καὶ ὅπερ λελάληκε, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστιν· ὁ γὰρ λόγος αὐτοῦ πνεύματος, ξηρὸς οὐκ οἶδε προσέρχεσθαι. Εβραῖ. Καὶ εἰ οὕτως ἐστὶ, διὰ τὴν αἰτίαν λελάληκεν ὁ θεὸς τῷ οἰκείῳ στόματι αὐτοῦ τῷ λαῷ ἐν τῇ ἐρήμῳ τὴν λεγομένην δεκάλογον, ἐν οἷς τὸ πρῶτον ῥῆμα αὐτοῦ τοιοῦτον. Ακουε Ισραὴλ, κύριος ὁ θεός σου, κύριος εἷς ἐστὶ, καὶ πλὴν αὐτοῦ οὐκ ἔστι θεὸς ἕτερος. Καὶ ὁ ἅγιος. Ομολογῶ καὶ αὐτὸς ὅτι οὕτως ἔχει· ὁπόταν γὰρ εἴπῃ, κύριος, τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ τὸν υἱὸν ὀνομάζων παρεμφαίνει· καὶ ὁπόταν λέξῃ τὸ, ὁ θεὸς εἷς ἐστὶ, σὺν τῷ λόγῳ τούτῳ, πατὴρ· πνεῦμα ἅγιον οὐ δοκεῖ σοι ἔχειν νοῦν τὸν θεὸν, καθά σοι προείρηκα; οὐ δοκεῖ σοι

ἔχειν

ſed hic tertia die reſurgens, tametſi iugulatus fuit, non tamen iugulatus fuit: & ſi mortuus, non tamen eſt mortuus. vicit enim iugulationem: & morte mortem ſuperans, vt Deus verus, & perfectus homo, in veritate ſe Dei filium eſſe demonſtrauit. Et Moſes quidem in libro de mundi creatione Dei filium manifeſtè declarans: Et dixit (inquit) Dominus Deus, Dominus nempè filius, & Deus, ipſe Pater, & qui locutus eſt, Spiritus ſanctus: nam ſermo ſine ſpiritu, aridus prodire neſcit. HERBAN. Quod ſi ita eſt, quam ob cauſam Deus proprio ore, in deſerto, populo ſuo locutus eſt, & edidit (quem dicimus) Decalogum, vbi primum ipſius verbum tale eſt: Audi Iſrael, Dominus Deus tuus, Dominus vnus eſt, & præter ipſum non eſt Deus alius. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Equidem & ipſe ita eſſe fateor. Cùm enim dixit, Dominus, Verbum ſuum & filium nominans oſtendit: & cùm dixit, Deus vnus eſt, cum hoc verbo, Pater: Spiritus ſanctus mentem Deum habere non tibi videtur, quemadmodum iam tibi prædixi? Non tibi videtur ipſe

Gen. 2.

Pater opifex, filius ſapientia, ſpiritus ſanctus amor, & cauſa quæ ad opus adduxit atque incitauit.

Exodi 20. & Deut. 6.

habere & Verbũ? Non igitur etiam Spiritus eſt? Has nos tres perſonas accipimus, vnamquamque perſonam ſuam hypoſtaſim habere credentes. Tres autem perſonæ in vnam & eandem deitatem coaleſcunt. Trinitatem igitur perſonarum ſiue hypoſtaſeon in vna eademque deitate confitemur: vtraque (ſcilicet Trinitatem & deitatem) vnum Deum credentes. Meo dicto aſtipulatur etiam Dauid Dei parens, verum dicens, quemadmodum & ego enuntio, cùm dicit: Verbo Dei cœli firmati ſunt. Hoc Verbum eſt Dei filius. Et ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Hic ſpiritus, quem dicit eſſe oris eius, eſt Spiritus ſanctus. HERBAN. Ecquid neceſſe eſt, in Dei naturam curioſiùs inquirere, & eandem vnam ipſam exiſtentem triplicare? SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Dauid hanc trinam facit, & ego non trinam faciam? Vide orationis ſeriem. Vos quidem Iudæi, deitatem ſingulariſſimam & nimiùm ſolitariam confitendo, eius ſimplicitati & vnitati egeſtatem ac penuriam enuntiatis, exiliter

Pſal. 32.

Iudæi vnum quidem deũ credunt, ſed ſingularem, deſertum & ſolitarium.

ἔχειν αὐτὸν καὶ λόγον; οὐκοῦν οὐκ ἔστι τὸ πνεῦμα; ταῦτα ἡμεῖς τὰ τρία πρόσωπα ἐκλαμβάνομεν, ἕκαστον πρόσωπον τὴν ἰδίαν ὑπόστασιν ἔχειν πιστεύοντες. συντελοῦσι δὲ τὰ τρία πρόσωπα εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν θεότητα. τριάδα οὖν ὁμολογοῦμεν προσώπων, ἤτοι ὑποστάσεων ἐν μιᾷ τῇ αὐτῇ θεότητι, ἕνα θεὸν τὰ ἑκάτερα πιστεύοντες· μαρτυρεῖ γάρ μου τῷ ῥήματι καὶ ὁ θεοπάτωρ Δαβὶδ, ἀληθεύων καθώσπερ κἀγὼ ἀποφθέγγομαι, τῷ λόγῳ κυρίου, φάσκων, οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν· οὗτος ὁ λόγος ἐστὶν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ. καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. τοῦτο τὸ πνεῦμα ὃ λέγει, ὅτι τοῦ στόματος αὐτοῦ, τοῦτό ἐστι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ερβαν. Καὶ τίς ἡ χρεία πολυπραγμονεῖν τὴν θεότητα, καὶ τριάζειν αὐτὴν μίαν χρηματίζουσαν; Καὶ ὁ ἅγιος. Δαβὶδ τριάζει αὐτὴν, κἀγὼ μὴ τριάσω; ὅρα δὲ τὴν σύνθεσιν τοῦ λόγου. ὑμεῖς μὲν οἱ Ιουδαῖοι ὁμολογοῦντες τὴν θεότητα μονωτάτην, πενίαν ἐκφέροντες

τῇ αὐτῆς ἁπλότητι, ἐντελῶς τὰ περὶ τῆς θεό-
τητος διαπιπτόμενοι· οἵ τε Ἕλληνες τοῖς μα-
ταίοις εἰδώλοις προσκυνοῦντες καὶ πληθύνον-
τες τὴν θεότητα, πολλοῖς θεοῖς ἐξ ἀνάγκης
προσκείμενοι ἐναντιουμένοις ἀλλήλοις, εἰς τὴν
ἀπάτην τῆς εἰδωλολατρείας ἐκκυλίονται.
ἡμεῖς δὲ οἱ Χριστιανοὶ τριάζοντες τὴν θεότητα,
ὑπερέχον αὐτὴν ἐν πλούτῳ καὶ δυναστείᾳ
κηρύσσομεν· ἕνα θεὸν τὸ τριαδικὸν ὁμολογοῦν-
τες κράτος, ὑμῶν τὴν πενηθείαν, κἀκείνων
τὴν πολυθείαν, ἐξ ἴσης ἀποκρουόμενοι δια-
φεύγομεν. βλέπεις οὖν σύνεσιν Χριστιανῶν.
Ἑβραῖ. Καλῶς μὲν φάσκεις, καὶ οὐκ ἔχομεν
περὶ τοῦδε τοιούτου ἀντιφθέγξασθαι. πλὴν
ἄκουσον τοῦ θεοῦ λέγοντος, ἐν τῷ διαμαρ-
τύρεσθαι τὸν Ἰσραὴλ, ὅτι φιλεῖται ὑπ' αὐ-
τοῦ. πρωτότοκός μου, φησὶ, ὁ υἱὸς Ἰσραὴλ, καὶ
ἔπειτα, ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου.
Εἰ τοίνυν πρωτότοκον αὐτὸν ἑαυτοῦ ὀνομάζει υἱὸν
ὁ θεὸς, πῶς ὑμεῖς τὰ πεπλανημένα ἔθνη τὰ
μὴ νόμον ἔχοντα ἡγεῖσθε αὐτὸν τὸν Ἰσραὴλ,
ὥσπερ κάθαρμα καὶ μιαρόν τινα καὶ ἀκάθαρτον,

exiliter ac ieiunè quæ ſunt Deitatis, conſtituentes : Græci contrà vanis idolis ſeruientes, ac Deitatem multiplicantes, multis diis neceſſariò addicti ſibi ipſis aduerſantibus, in errorem ac fraudem idololatriæ deuoluuntur. Nos verò Chriſtiani Deitatem trinam facientes, hanc eximiam, & diuitiis ac potentia præcellentem prædicamus : vnum Deum, trinum confitentes imperium, veſtram diuinitatis inopiam, & illorum multitudinem Deorum, ex æquo extrudentes fugimus. Vides igitur Chriſtianorum prudentiam atque intelligentiam. HERBAN. Præclarè quidem dicis. Neque habemus quicquam quod hac in re tibi aduerſemur & contradicamus. Veruntamen audi Deum dicentem, dum teſtatur Iſraëlem à ſeipſo diligi, Primogenitus meus, inquit, filius Iſraël, deinde, Ex Ægypto vocaui filium meum. Si igitur Deus Iſraëlem ſuum filium primogenitum nominat, quomodo vos gentes, quæ erroris & inſcientiæ tenebris tenemini, neque legem habetis, ipſum Iſraëlem velut execrabilem, ſceleſtum, & impurum exiſtimatis,

Chriſtianis vnus eſt Deus, ſed non ſingularis.

Exod. 4. Oſee 11.

Hoc propter cõtemptum Dei filium à Iudæis.

cùm deberetis eum honore potiùs, quàm probro & dedecore afficere? S. ARCHIEPISCOPVS. Non ſanè negamus Iſraëlem primogenitum eſſe. Eſt enim re vera primogenitus, nec mentiri licet. Vos etiam ex Ægypto in Palæſtinam eductos, & à ſeruitute liberatos fuiſſe arbitror, & libens agnoſco. Sed natu minor maiorem ſupplantauit. Verum, nécne? Atque huius primogenita, ſiue ius primogenituræ accepit. Quinetiam ipſius benedictionem ſiue fauſtam precationem præripuit, & à facie legalis cultus fugit in aliam regionem: dico magni æſtimandæ fidei expoſitionem, quæ eſt vnigenæ filij Dei. HERBAN. Imò verò Iacob ſupplantauit fratrem Eſau. Sed quorſum hanc alienam ſupplantationẽ tibi vendicaſti? SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Supplantatio illa eſt primordium noſtræ ſupplantationis. Illic quidem iunior filius natu maiorem ſupplantauit: hic verò plebs iunior populum antiquiorem ſupplantauit. HERBAN. Qua in re ſupplantaſtis? Nunquid Iudæi facti eſtis, & nos Græci? Num nos Hebræi ſumus, & vos gentes, ſicut fuiſtis? S. ARCHIEPISCO. Sed vnigenam

Gen. 25. Heb. 12.

Gen. 28. In Charan.

Hanc ſupplantationẽ vt myſteriis fœcundam admiratur D. Aug. lib. 16. c. 37. de ciuit. Dei.

ὀφείλοντες ἡμᾶν αὐτὸν μᾶλλον, ἢ ἀτιμάζειν; Καὶ ὁ ἅγιος. Οὐκ ἀρνούμεθα ὅτι πρωτότοκος Ισραὴλ ἦ. ἐν ἀληθείᾳ γὰρ πρωτότοκος, καὶ οὐκ ἔτι τοῦ διαφυλάσσασθαι. καὶ ὅτι ἐξ Αἰγύπτου ἐπὶ τὴν Παλαιστίνην ἐκλήθητε δουλείας ἀπαλλαγέντες, οἶμαι τοῦτο κἀγὼ σφόδρα. πλὴν ἐπτέρνισεν ὁ νεώτερος υἱὸς τὸν πρεσβύτερον· ναὶ, ἢ οὐχί; τά τε πρωτοτόκια αὐτοῦ, εἴληφεν· ἦρε καὶ τὴν εὐλογίαν αὐτοῦ, καὶ ἀπέδρα ἀπὸ προσώπου τῆς νομικῆς λατρείας εἰς ἄλλην χώραν. εἰς τὴν * θάρβυρον * φημὶ ἔκθεσιν τῆς ἡμίας πίστεως τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ. Ερβαν. Ο Ιακὼβ ἐπτέρνισε τὸν Ησαῦ μᾶλλον. Καὶ ἵνα τί αὐτὸς ἀλλότριον πτερνισμὸν περιεποιήσω; Καὶ ὁ ἅγιος. Προοίμιον ἦν ὁ πτερνισμὸς ἐκεῖνος τοῦ ἡμετέρου πτερνισμοῦ· ἐκεῖ γὰρ ὁ νεώτερος υἱὸς τὸν πρεσβύτερον ἐπτέρνισεν. ἐνταῦθα γὰρ ὁ νεώτερος ὄχλος τὸν πρεσβύτερον λαὸν ἐπτέρνισεν. Ερβαν. Εἰς τί οὖν ἐπτερνίσατε; μὴ ἰουδαΐσατε, καὶ ἡμεῖς ἑλληνίζομεν; οὐχὶ Εβραῖοι ἐσμὲν, καὶ ὑμεῖς οὐχὶ ἔθνη ἐστὲ, ὥσπερ ἦτε; Καὶ ὁ ἅγιος. Αλλ'

Θεόῤῥυτον, ἢ θεάρεστον.

ἀπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πρὸς ὑμᾶς, καὶ οὐχ ὑπεδέξασθε αὐτόν· εἴασεν ὑμᾶς ὁ θεὸς ὡς ἀσεβεῖς καὶ παρανόμους, καὶ ἦλθεν πρὸς ἡμᾶς, καὶ ὑπεδεξάμεθα αὐτόν· καὶ ἦρε τὰ ὑμῶν ἅπαντα, καὶ ἔδωκεν ἡμῖν. ὑμᾶς δὲ ἐξέστησέ τε καὶ ἐσκόρπισεν εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης, καὶ ἀπηλλο-
ἴσ. ὠθητε. τριώθη* ἀπ' αὐτοῦ. Ἑβραῖ. Καὶ ἵνα ἀφείλετο ἐξ ἡμῶν, καὶ ἔδωκεν ὑμῖν. Καὶ ὁ ἅγιος. Ηρεν ἐξ ὑμῶν ἐν πρώτοις τὸ βασίλειον, ἦρε τὸν νόμον, ἦρε τοὺς προφήτας, τὰς λατρείας, τὰς θυσίας· ἦρεν ὑμῶν τὴν πόλιν, τὸ ἱερὸν, τὸ Σινᾶ ὄρος, τὴν βάτον· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, πᾶν ὅτι τίμιον ὑμῖν προσῆν, τοῦτο ἦρεν ἐξ ὑμῶν, καὶ παρέδωκεν ἡμῖν τοῖς Χριστιανοῖς· ὑμᾶς δὲ, καθὼς λελάληκεν ἐν τῷ Δευτερονομίῳ, ὅτι διασπερῶ αὐτοὺς, διέσπειρε, καὶ, ὅτι καταπαύσω ἐξ ἀνθρώπων τὸ μνημόσυνον αὐτῶν. Ὁρᾷς πάντα ἔτι κατέπαυσεν. Ἑβραῖ. Τὸν Ναζωραῖον λέγεις, ὅτι μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ ἐστιν; ἐκεῖνος ἄνθρωπος ἐχρημάτιζεν, ἐξ οὗ καὶ ἀπέκτειναν αὐτὸν ὡς κακοῦργον οἱ πατέρες ἡμῶν.

vnigenam filium ſuum ad vos miſit Deus è cœlo, neque ipſum ſuſcepiſtis. Vos ideò vt impios & nefarios dimiſit Deus, & venit ad nos, & ipſum excepimus: vobíſque ademit omnia quæ veſtra erant, & dedit nobis: vos autem degeneres exterminauit & diſperſit in fines & terminos orbis terrarum, atque ab ipſo alienati eſtis. HERBAN. Ecquid nobis abſtulit, quod vobis dederit? SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Primùm vobis regnum abſtulit, deindę legem & Prophetas: præterea ritus & cultus diuinos & ſacrificia ademit: denique ciuitatem veſtram & templum eripuit, montem Sina, & rubum. Atque, vt vno verbo dicam, quicquid honore dignum & prædicandum vobis aderat, hoc vobis ademit, & nobis Chriſtianis tradidit. Vos enim, ſicut ipſe locutus eſt in Deuteronomio, Quia diſpergam ipſos, diſperſit: &, Quia ceſſare faciam ex hominibus memoriam ipſorum. Vides omnia, quòd ceſſare fecit. HERBAN. Nazaræum illum intelligis, & eum vnigenam Dei filium eſſe aſſeris? Ille fuit homo: qua de cauſa ipſum vt ſontem & maleficum patres noſtri interfecerunt.

Gentiles fide in Chriſtum veri Dei cultores efficiuntur, & hęredes promiſſorum: Iudæi Chriſtum abnegantes repudiantur.

Oſ. c. 3.

Deut. 4. & 32.

Stomacho ſuo indulget Iudæus, non intelligentiæ.

SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Non ſic planè & funditùs, vt affirmas, interfecerunt. Imò verò hic mortuos exſuſcitauit, quorum vnus eſt ille quatriduanus beatus Lazarus. HERBANVS. Qui Lazarum ab inferis excitauit, vt tu ais, quo ipſe modo crucifixus, mortuus eſt? SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Superiùs certior planè factus es, eum Dei eſſe filium: & hîc dicis, quia Nazaræнus non eſt Dei filius. HERBAN. Dixiſti Deitatem trinam eſſe, nec potes contradicere. Nunc autem condemnatum iſtum dicis Verbum Dei eſſe, quem ſciunt orbis terrarum fines vltimi & crucifixum & mortuum eſſe. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Quemadmodum priùs lex teſtificata eſt, & Prophetæ, incarnatus eſt, crucifixus eſt, carne mortuus eſt, non diuinitate, & poſt tertiam diem reſurrexit. HERBANVS. Recita prætera demonſtrationes, vbi & quæ, & quanta lex & Prophetæ teſtati ſunt. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Moſes Propheta dicit: Prophetam vobis exſuſcitabit Dominus Deus ex fratribus veſtris, ſicut me. Omnis igitur anima, quæ Prophetam illum non audiet, è populo

Vaticinia de Meſſia. Deut. 18.

Act. 3.

ἡμῶν. Καὶ ὁ ἅγιος. Οὐκ ἀπέκτειναι οὕτως ἁπλαῖς ὡς σὺ ὑπαγορεύεις· ἀλλὰ μᾶλλον νεκροὺς ἤγειρεν, ὧν εἷς ἐστὶ καὶ ὁ τεταρταῖος Λάζαρος ὁ μακάριος. Ερβαν. Ο τὸν Λάζαρον ἀναστήσας, ὡς σὺ φὴς, ποίῳ αὐτὸς τρόπῳ σταυρωθεὶς ἀπέθανεν; Καὶ ὁ ἅγιος. Ανωτέρω ἐπληροφορήθης ὅτι ἐστὶν υἱὸς τοῦ θεοῦ, καὶ ἐνταῦθα λέγεις, ὅτι ὁ Ναζωραῖος, ὅτι οὐκ ἔστιν υἱὸς τοῦ θεοῦ. Ερβαν. Εἴρηκας, ὅτι τελευτοῦμεν τὴν θεότητα, καὶ οὐκ * ἔχων περὶ τούτου ἀντίρρησιν· ἐνταῦθα δὲ τὸν κατάκριτον λέγεις εἶναι τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, ὃν ἐπίστανται τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης, ὅτι ἐσταυρώθη καὶ ἀπέθανεν. Καὶ ὁ ἅγιος. Κατὰ προεμαρτύρατο ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται; ἐσαρκώθη, ἐσταυρώθη, ἀπέθανε τῇ σαρκὶ, οὐ τῇ θεότητι, καὶ ἀνέστη μετὰ τὴν τρίτην ἡμέραν. Ερβαν. Λέγε λοιπὸν τὰς ἀποδείξεις, ποῦ καὶ οἷα, καὶ ὁπόσα ἐμαρτύραντο. Καὶ ὁ ἅγιος. Μωϋσῆς ὁ προφήτης λέγει· προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει κύριος ὁ θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ. ἔσται οὖν, πᾶσα ψυχὴ ἥτις οὐκ ἀκούσει τοῦ προφήτου ἐκείνου,

* ἴσ. ἔχεις.

ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ αὐτῆς. Τίς οὖν ἐστὶν ὁ προφήτης ἐκεῖνος, περὶ οὗ εἴρηκεν; Ερβαν. Πάντως περὶ τοῦ Δαβὶδ λέγει· οὐδεὶς γὰρ ἀπὸ τοῦ Μωσέως εἰς τοῦτον ἐγήγερται· μὴ γένοιτο. Καὶ ὁ ἅγιος. Ἄρα οὖν ὡς Μωσῆς, ἐστὶ καὶ Δαβίδ; οὐδαμῶς· ὅτι ὁ μὲν, προφήτης καὶ νομοθέτης, οὐ βασιλεὺς δὲ, τὸν λαὸν ἐξήγαγεν ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ πλάκας ἐξ οὐρανοῦ ἐδέξατο, καὶ μάννα ἔθρεψε τοὺς υἱοὺς Ισραήλ· ὁ δὲ ἐκ πενίας ἀνήχθη εἰς βασιλείαν, καὶ πολέμοις χολάσας, ψαλτήριόν τε συντεθεικὼς, τέλει τοῦ βίου ἐχρήσατο· πῶς οὖν Δαβὶδ κατὰ Μωσέα; οὐδαμῶς. Ερβαν. Ἄρχοντες λαοῦ ἀμφότεροι, καὶ προφῆται τοῦ αὐτοῦ, καὶ ἑνὸς λαοῦ. Καὶ ὁ ἅγιος. Δαβὶδ ἐν φόνῳ καὶ μοιχείᾳ ὠλίσθησε, Μωσῆς δὲ ἐπὶ τούτοις οὐδαμῶς. Ερβαν. Καὶ Μωσῆς φόνον εἰργάσατο, καὶ οὐ μοιχείαν. Καὶ ὁ ἅγιος. Ἀλλόφυλον Μωσῆς ἀποκτείνας, ἀθῶος φόνου κεχρημάτικεν. Ερβαν. Περὶ Χριστοῦ μοι λέγε, καὶ πρόεασον τοὺς προφήτας. Καὶ ὁ ἅγιος. Μωσῆς λέγει, Ὄψεσθε τὴν ζωὴν ὑμῶν κρεμαμένην

ἀπέναντι

è populo ſuo exterminabitur. Quis igitur Propheta ille, de quo dixit? HERBANVS. Prorſus de Dauide hæc vaticinatur. Nullus enim à Moſe ad hunc vſque excitatus eſt: abſit. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. An verò ſicut Moſes, ſic etiam eſt Dauid? Nullo modo: quia ille quidem Propheta & legiſlator, non autem rex, populum ex terra Ægypti eduxit, atque è cœlo Tabulas accepit, & Manna filios Iſraëlis pauit: hic verò è paupertate ad regnum euectus eſt, & bellis occupatus, Pſalterium vbi concinnauit, vita defunctus eſt. Quid igitur Dauid ad Moſem? Nihil. HERBANVS. Ambo populi principes, eiuſdem & vnius populi ambo Prophetæ. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Dauid cæde & adulterio lapſus pollutus eſt, Moſes verò his neutiquam ſceleribus contaminatus eſt. HERBAN. Atqui Moſes cædem patrauit, non autem adulterium commiſit. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Alienigenam, nempe Ægyptium, Moſes cùm occîdit, cædis innocens fuit. HERBANVS. Age verò dic mihi de Chriſto, & omitte Prophetas. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Moſes dicit: Videbitis vitam veſtram

Regum lib. 2. c. 11.

Exod. 2.

Deut. 28.

coram oculis veſtris pendentem. HERBANVS. Quænam hæc vita, & vbi pependit? SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Ieſus Chriſtus eſt vita, quem vos in ligno, nempe in cruce, ſuſpendiſtis coram oculis veſtris. HERBANVS. Moſes non de hoc dixit, quòd videbitis vitam veſtram pendentem, ſed de continua captiuitate, & abductione ipſorum, quã ab aduerſariis, tempore progrediente, erant perpeſſuri. Hoc enim, Videbitis vitam veſtram pendentem, ipſum declarat, vel, abducti in captiuitatẽ, de vita veſtra miſerè afflicti eritis: vel, vos interficient, vel vos ſibi mancipatos vindicabunt. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS: Inæquale verbum verbo congeris. Dixit enim, Vitam pendentem videbitis. Quicquid autem pendet, vel corpus, vel materia aliqua eſt: quę non pendent abſque eo quod per vim continet, quia à ſeipſis pendere nequeunt. Non igitur dubium eſt, quin de humanitate vnigeniti Dei filij hoc dixerit, quòd futurum erat hunc pendere in ligno crucis. HERBANVS.

Quem-

ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν * ἡμῶν. Ερβαν. Τίς * ὑμῶν.
ἐστιν ἡ ζωὴ, καὶ ποῦ ἄρα ἐκρεμάσθη. Καὶ ὁ ἅγιος. Ιησοῦς ἐστιν ὁ Χριστὸς ἡ ζωὴ, ὃν ἐπὶ ξύλου ὑμεῖς ἐκρεμάσατε ἐν τῷ σταυρῷ, ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν ὑμῶν. Ερβαν. Μωϋσῆς οὐ περὶ τούτου εἴρηκεν, ὅτι ὄψεσθε τὴν ζωὴν ὑμῶν κρεμαμένην, ἀλλὰ περὶ τῆς συνεχοῦς αἰχμαλωσίας, καὶ τῆς ὑπαγωγῆς αὐτῶν, ἣν ἔμελλον ὑποφέρειν περιιόντος τοῦ χρόνου ὑπὸ τῶν ἐναντίων· τὸ γὰρ, ὄψεσθε τὴν ζωὴν ὑμῶν κρεμαμένην, τοῦτο δηλοῖ, ἢ, ἀπαγόμενοι ἐν αἰχμαλωσίᾳ, δυστυχῶς ἕξετε περὶ τῆς ζωῆς ὑμῶν, ἢ, ἀποκτενοῦσιν ὑμᾶς οἱ ἀπάγοντες, ἢ περιποιήσονται. Καὶ ὁ ἅγιος. Ανόμοιον ῥῆμα συνάψας τῷ ῥήματι· κρεμαμένην γὰρ εἴρηκε τὴν ζωὴν ὅτι ὄψεσθε. πλὴν δὲ τὸ κρεμάμενον, ἢ σῶμα, ἢ ὕλη τίς ἐστιν· ἅτινα ἄνευ τοῦ κατέχοντος βίᾳ, οὐ κρέμανται. ἀφ' ἑαυτῶν γὰρ κρεμασθῆναι οὐ δύνανται· ἀναμφίβολον τοιγαροῦν ἐστιν, ὅτι περὶ τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦτο εἴρηκεν, ὅτι μέλλει κρεμασθῆναι σαρκὶ ἐπὶ ξύλου τοῦ σταυροῦ. Ερβαν.

Ον τρόπον σὺ τοῖς ἐμοῖς οὐ πείθῃ, παραπλησίως οὐδὲ ἐγὼ τοῖς σοῖς πείθομαι. Καὶ ὁ ἅγιος· Ιακὼβ ἐπευλογῶν τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ εἶπεν, Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ιούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ * ὃ ἀπόκειται· καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. Τί οὖν λέγεις περὶ τούτου; ἆρά γε οὐκ ἔστι ταῦτα; Ερβαν. Εἴδαμεν ὅτι μέλλει παραγίνεσθαι, ἀλλ' οὔπω ἥκει· ὁπότε μὲν δὲ ἔλθῃ, πιστεύσομεν εἰς αὐτόν. Καὶ ὁ ἅγιος. Μεστὸς εἶ ἀνοίας· προσέχεις ὅτι λέγει, προσδοκία ἐθνῶν ὁ ἐρχόμενος, καὶ λέγεις, οὔπω ἦλθεν. Εἰ οὖν οὐκ ἐπίστευσαν τὰ ἔθνη εἰς αὐτὸν, καθὼς εἶπεν ὁ Ιακὼβ, εὐλόγως ἂν * λέγεις, ὅτι οὐ παρεγένετο· εἰ δὲ κατὰ τὴν προφητείαν τοῦ πατριάρχου, τὰ ἔθνη ἤλπισαν εἰς αὐτὸν, πρόδηλον ὅτι καὶ ἐλήλυθε, καὶ μάτην ληρεῖτε ὑμεῖς, ματαιοπονούμενοι. Ερβαν. Θαυμάζω ὅτι ἐπ' ἀτιμίᾳ τοῦ προσώπου αὐτοῦ θεὸς ἐσαρκώθη, δι' οὐδὲν ἕτερον εἰσελθὼν εἰς τὸν κόσμον, εἰ μὴ ἵνα συλληφθῇ, καὶ αὐξηνθῇ γεννηθεὶς, καὶ πραθεὶς, καὶ κρατηθεὶς, καὶ φυλακισθεὶς, καὶ σταυρωθεὶς, καὶ πιὼν ὄξος καὶ χολὴν, καὶ λόγχῃ νυγεὶς τὴν πλευρὰν, καὶ κεκραγὼς

* τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ.

* ἔλεγες, ἢ λέγοις.

Quemadmodum meis dictis fidem nõ adhibes, ſic ego neque tuis credo. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Iacob filiis ſuis benedicens, dixit: Non deficiet princeps ex Iuda, & dux de femore ipſius, donec veniat * quod reſeruatur: & ipſe expectatio gentium. Quid igitur de hoc vaticinio dicis? non hæc ita ſunt? HERBANVS. Scimus quidem venturum eſſe, ſed nondum venit. Cùm autem venerit, in ipſum credemus. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Amẽtia plenus es: attendis quod dicit, Expectatio gentium qui venit: & dicis, nondum veniſſe. Si gentes in ipſum non credidiſſent, quemadmodum Iacob dixit, conſentaneum diceres eum non veniſſe. Sed ſi ſecundum Patriarchæ vaticinium gentes in ipſum ſperauerunt, perſpicuum quòd venit, & fruſtrà deliratis vos, inaniter laborantes. HERBANVS. Miror Deum ad contemptum perſonæ ſu[illegible] ignominiam, carnem ſumpſiſſe: nec ob aliam cauſam in mundum veniſſe, niſi vt conciperetur, & natus creſceret, & venditus, & captus, & cuſtoditus, & in crucem actus, & aceto & felle poto, lanceaque pectore confoſſo, clamore edito,

Gen. 49.

In editione communi, Donec veniat qui mittendus eſt: alij, donec veniat Schilo, & ad eũ confluent gentes. D. Aug. lib. 18. c. 45. donec veniat cui repoſitum eſt. &c. hoc vnum oraculum ſatis eſt ad oſtẽdendam ſole clariorem veritatẽ Iudæis, niſi iuſto & occulto Dei iudicio offuſam haberẽt præ oculis denſiſſimam caliginem, huc pertinent hebdomades 70. Danielis.

moreretur. Miror (inquam) ô Archiepiſcope, propter hanc cauſam, ſicut tu ipſe aſſeueras, eum veniſſe. Sed præſtat & melius eſt ignorare vos ea cuiuſmodi ſunt, quę prædicatis. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Certè in ignominiam ſui vultus venit, vt eius contemptu & probro, ij qui in ipſum credunt, honore afficiantur, ignominia liberati, contracta ex transgreſſione facta in Eden: veruntamen quid Hieremias de eius glorioſo aduentu vaticinatur, dicens: Hic Deus eſt noſter, non reputabitur alter ad eum: inuenit omnem viam ſcientiæ, & dedit Iacob puero ſuo, & Iſraëli dilecto ſuo. HERBANVS. De Deo legis prorſus hoc dixit, & mihi in auxiliũ congruit hæc dictio. Omnem enim viam ſcientiæ nobis filiis Iacob inuentam dedit Deus, tanquam dilectis & filiis ſuis hæredibus. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Iſraël dilectus, Dominus meus ille fuit, ô inſane, & Iacob filiolus ſiue paruulus, Ieſus Chriſtus filius Dei eſt. Vos autem filios alienos per Dauidem nominauit, & per Ioannem, viperarum progeniem. Quòd ſi non credis, ô demens, quod reliquum eſt verſus, conſidera,

Baruch 3. non Hieremias. D. Aug. lib. 18. c. 33. de ciu. Dei hoc oraculũ Hieremiæ attribuit, fortaſſe quia Baruch eius ſcriba fuit.

Matth. 3.

ἀπέθανον. Θαυμάζω ὅτι διὰ ταῦτα, ὦ Ἀρχιεπίσκοπε, ὡς σὺ φάσκεις, παρεγένετο. ἄμεινον ὅτι οὐδ᾽ ὑμεῖς οἱ Χριστιανοὶ ἐπίστασθε τίνα εἰσὶν, ἀλλὰ νῦν διαγογγύζετε. Καὶ ὁ ἅγ. Ναὶ ἐπ᾽ ἀτιμίᾳ τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἦκεν, ἵνα διὰ τῆς ἀτιμίας αὐτοῦ τιμηθῶσιν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτὸν, ῥυσθέντες τῆς ἀτιμίας τῆς ἐν Ἐδὲμ παραβάσεως· πλὴν Ἱερεμίας τί λέγων, προφητεύει περὶ τῆς αὐτοῦ ἐνδόξου παρουσίας, Οὗτος ὁ θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ᾽ αὐτοῦ. Ἑβραῖ. Περὶ τοῦ θεοῦ τοῦ νόμου πάντως τοῦτο ἔφησε· καὶ ἐμοὶ εἰς βοήθειαν ἁρμόττει αὕτη ἡ λέξις· πᾶσαν γὰρ ὁδὸν ἐπιστήμης ἡμῖν τοῖς υἱοῖς Ἰακὼβ ἐξευρὼν δέδωκεν ὁ θεὸς ὡς ἀγαπητοῖς αὐτοῦ καὶ τέκνοις, καὶ κληρονόμοις. Καὶ ὁ ἅγ. Ἰσραὴλ ὁ ἠγαπημένος, ὁ κύριός μου πέφυκεν, ὦ ἀνόητε, καὶ Ἰακὼβ τὸ παιδίον, Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἐστίν. ὑμᾶς δὲ υἱοὺς ἀλλοτρίους διὰ Δαβὶδ κατωνόμασε, καὶ διὰ Ἰωάννου, γεννήματα ἐχιδνῶν. Καὶ εἰ ἀπιστεῖς, ὦ ἀσύνετε,

τὸ δόξης τοῦ σίγλου σκέπησον· μετὰ δὲ ταῦτα φησί, ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. μετὰ ποῖα ταῦτα; μετὰ τὸν νόμον δοῦναι, μετὰ τὸ προφήτας προάγειν, μετὰ τὸ τελέσαι πάντα ὅσα ἐν τῷ νόμῳ ἠθέλησεν. Ερβαν. Υποτοπάζεις ὅτι ἐκεῖνος ἐστὶν ὁ θεὸς ἡμῶν, περὶ οὗ εἶπεν ὁ προφήτης, ὅτι οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. Καὶ ὁ ἅγιος. Προσέχεις ὅτι λέγει, οὗτος ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ ὅτι ἐκεῖνος αὐτὸς μετὰ ταῦτα, ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστράφη· καὶ λέγεις, ὑποτοπάζεις; πῶς δὲ ὤφθη τοῖς ἀνθρώποις; γυμνῇ τῇ θεότητι; οὐδαμῶς· τίς γὰρ δύναται γυμνὸν τῇ οὐσίᾳ, ὡς ἐστι, θεάσασθαι; οὐδείς, οἶμαι, εἰ μὴ πάντως ἐθελουσίως ἐγένετο ἄνθρωπος. Ερβαν. Προλαβὼν εἴρηκα, ὅτι ἐπ' ἀτιμίᾳ καὶ ὕβρει αὐτοῦ εἰς τὸν κόσμον παρεγένετο. Καὶ ὁ ἅγιος. Υβρεις ἐστὶ τοῦτο, τυφλέ, ὅτι τοὺς λεπρούς ὑμῶν, ἄθλιε, ἐκαθάρισε παραγενόμενος; ὅτι πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἀπὸ τῶν ἀσθενούντων ἐν ὑμῖν ἐφυγάδευσε, καὶ τὰ πλήθη τῶν δαιμόνων ἀπήλασεν; ὅτι ἐπὶ θαλάσσης ἐπέζευσε, καὶ ἐκ

Ιωάννου, α. Θεὸν γὰρ οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε

conſidera. Poſt hæc enim dicit, Et in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus. Poſt quæ hæc? Poſt legem datam, poſt Prophetas miſſos, poſtquàm perfecit omnia, quæ in lege voluit. HERBANVS. Coniectas quòd ille eſt Deus noſter, de quo dixit Propheta, Quòd non exiſtimabitur alter ad eum. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Attendis quod dicit, Hic Deus noſter, & quòd ille ipſe poſtea in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt: & dicis, coniectas ſiue ſuſpicaris? Quo modo viſus eſt hominibus? nuda & ſimplici diuinitate? Nullo modo. Quis enim poteſt nuda eſſentia Deum, ſicuti eſt, videre? Nullus, opinor, niſi prorſus voluntariè homo factus eſſet. HERBANVS. Iam antè dixi, cum ad ignominiam & contumeliam ſui in mundum veniſſe. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Contumeliáne eſt, ô cæce, quòd cùm hic venit, leproſos veſtros, ô miſer, mundauit? quòd omnem morbum & languorem ab his qui inter vos ægrotabant, profligauit, & dæmonum turbas ac legiones abegit? quòd ſuper mari pedibus ambulauit, &

Baruch 3.

Deum nemo vidit vnquam. Ioann. 1.

Matth. 14. Marc 6. Ioan. 6.

quinque panibus quinque hominum millia ſaturauit? atque ob hæc omnia animum & mentem ei non adhibuiſtis. Contrà verò magis hunc ipſum afflictum & vexatum condemnaſtis fruſtrà, & in crucem ſuſtuliſtis. Ob eamque cauſam contumelia affectum dicis. Quin potiùs propterea vilipendi & ignominia affici ſuſtinuit, vt inde veſtra improbitas ac prauitas manifeſta appareret, quam etiam extra ipſum in corde veſtro geritis, & qua, priuſquàm ad vos ipſe veniſſet, Naboth ſaxis obrutum intereimiſtis, Heliam horribili* grauitate perſecuti eſtis quadraginta dierum iter, Eſaiam ſerra ſecuiſtis, Hieremiam in cœno iaculis & telis impetiuiſtis, infantium multitudinem iugulaſtis, Zachariam interfeciſtis, Ioannem obtruncaſtis. Quid, quòd etiam ipſorum Dominum trucidaſtis? Omitto enim dicere cætera. Quomodo igitur dicis, eum in ſuam ipſius contumeliam & ignominiam adueniſſe? HERBANVS. Si Deus erat, quamobrem, ſiquidem poterat, crucem non abiiciebat? SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Si abieciſſet, quomodo vaticinia completa fuiſſent? HERBANVS. De cruce Prophetias ſiue oracula mihi enarra, & quinam Prophetæ

v. comminatione & indignatione.

Reg. 4. c. 3. Reg. 4. c. 19. Sub Manaſſe Rege. Hieremias apud Taphnas in Ægypto lapidibus obrutus occubuit. Matth. 2. Matth. 23. paral. 2. c. 24.

ἐκ πέντε ἄρτων πεντακισχιλίους διέθρεψε καὶ ἐχόρτασε; καὶ ἐπὶ τούτοις πᾶσιν οὐ προσεσχήκατε αὐτῷ· τοὐναντίον δὴ μᾶλλον θλίψαντες αὐτὸν, κατεκρίνατε μάτην, καὶ ἐσταυρώσατε· διὰ τοῦτο οὖν φάσκεις, ὅτι ἠτιμάσθη· διὰ τοῦτο οὖν μᾶλλον ἠνέσχετο ἀτιμασθῆναι, ἵνα ἐκ τούτου φανῇ καὶ ἡ ὑμετέρα κακία, ἣν ἐκτὸς αὐτοῦ ἐν τῇ καρδίᾳ περιφέρετε ἀεὶ, δι' ἧς καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι αὐτὸν εἰς ὑμᾶς, τὸν Ναβουθὲ ἐλιθοβολίσατε, τὸν Ηλίαν τῷ φοβερῷ* ἐμβριθήματι ἐδιώξατε τεσσαράκοντα ἡμερῶν ὁδὸν, τὸν Ησαΐαν ἐπρίσατε, τὸν Ιερεμίαν ἐν βορβόρῳ ἠκοντίσατε, τὸ πλῆθος τῶν νηπίων κατεσφάξατε, τὸν Ζαχαρίαν ἀνείλετε, τὸν Ιωάννην ἀπεκεφαλήσατε. τί ὅτι καὶ τὸν δεσπότην αὐτῶν ἐφονεύσατε; ἐῶ γὰρ λέγειν τὰ λοιπά, πῶς οὖν λέγεις ὅτι ἐπ' ἀτιμίᾳ αὐτοῦ προεγένετο; Ερβαν. Θεὸς ὤν, διὰ τί, ἐπεὶ ἠδύνατο, οὐκ ἀνεβάλλετο τὸν σταυρόν; Καὶ ὁ ἅγιος. Εἰ ἀνεβάλλετο, πῶς ἤμελλον πληροῦσθαι αἱ προφητεῖαι; Ερβαν. Ανάγγειλον δέ μοι περὶ τοῦ σταυροῦ τὰς προφητείας, καὶ ποῖοι προ-

*ἴσ. ἐμβριμήματι.

φῆναι περὶ τούτου λελαλήκασιν. Καὶ ὁ ἅγιος. Προδηλοποιῶν τὸν σταυρὸν ὁ θεὸς, ξύλῳ τῷ τῆς κιβωτοῦ ἔσωσεν ἐπὶ τοῦ Νῶε, ὃ τῶν ἀνθρώπων κατάλειμμα· ξύλον γὰρ ἡ κιβωτὸς, καὶ ξύλον ὁ σταυρός· ἡ κιβωτὸς τότε τοὺς πιστεύσαντας ὅτι ἔσται κατακλυσμὸς πανωλέθριος, καὶ εἰσελθόντας ἐν αὐτῷ παραδόξως διέσωσε. Καὶ ὁ σταυρὸς ὁ τίμιος τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, καὶ πιστεύοντας εἰς τὸν ἐν αὐτῷ παγέντα, λυτροῦται ἐκ τῆς τυραννίδος τοῦ Σατανᾶ, καὶ τῆς αἰωνίου κολάσεως. Καὶ ὃ φυτὸν δὲ τοῦ Σαβὲκ, ἐν ᾧ ἰδοὺ * προσδεθεὶς ἐπὶ τοῦ Αβραὰμ, ἐπιτελεῖαν τῷ Ισαὰκ πορησάμενος, τὸν σταυρὸν προετύπου τὸν τίμιον· Ο μὲν γὰρ κριὸς τὸ τοῦ θεοῦ λόγου προσηλωθεῖσαν σάρκα τῷ σταυρῷ προετύπου, ὃ δὲ φυτὸν τοῦ Σαβὲκ, ἐδήλου τὸν σταυρόν. Εβραῖ. Πολλὰ σὺ μεμαθηκὼς, εὐθέτως ἐτυμολογεῖς τὰ συμφέροντα. Καὶ ὁ ἅγιος. Εγὼ μὲν οὐκ ἐτυμολογῶ, ἀλλ' οὖν ἀπὸ τῆς σῆς γραφῆς πείθω σε τέως τῆς ἀληθείας ἀντεχομένης· πρόσεχε δὲ τοῖς λεγομένοις. Ιακὼβ ὁ πατριάρχης μέλλων εὐλογεῖν

* κριὸς, deeſt.

phetæ de hac locuti ſunt. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Deus crucem antè declarans & præſignificans, Arcæ ligno, Noachi tempore, humani generis reliquias ſeruauit. Lignum enim erat Arca, & crux lignum. Arca tunc eos qui futurum diluuium omnibus exitioſum crediderunt, in ipſam ingreſſos mirabiliter conſeruauit: Et pretioſa crux atque honore dignāda, eos qui ipſam adorant, & credunt in eum qui in ipſa defixus fuit, à tyrannide Satanæ, & ab æterno ſupplicio liberat. Et planta Sabec, cui vinctus hærebat aries, tempore Abrahami, ſalutem Iſaco daturus, honorandam crucem adumbrabat. Aries enim Verbi Dei clauis confixam carnem cruci præfigurabat: planta verò Sabec ipſam crucem declarabat. HERBANVS. Multa qui didiceris, appoſitè quæ tuo inſtituto conferunt, exquiris. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Ego quidem non exquiro ſubtiliùs neque argutor, ſed ex tua Scriptura, quæ veritatis finem continet, tibi ſuadeo. his quæ dicuntur, mentem adhibe. Iacob Patriarcha

Vaticinia de pretioſa cruce domini.
Gen. 7.

Gen. 22.
Quis ergo illo ariete figurabatur, niſi Ieſus Chriſtus antequam immolaretur, ſpinis Iudaïcis coronatus? D. Aug. lib. 16. c. 32. de C. Dei.

ſuis filiis benedicturus, nunquid paululum ſeſe attollens è lecto, in quo recubabat, & in ſummo ſiue extremo baculi, qui crucem pretioſam ſignificabat, innixus, ſuas manus cru-
Gen, 49. cis in modum componendo, ſic ipſis fauſta & felicia precabatur? Nunquid primo relicto, qui erat imago veſtri populi, omnem ſuam benedictionem ſiue fauſtam precationem in ſecundum, qui erat Chriſtiani populi imago ſiue figura, extendit? Quod in Ioſepho actum fuit, tibi dico. Præterea Moſis virga, qua ſigna & prodigia perficiebat, nónne crucis typum præ ſe ferebat? Et lignũ,
Exod. 15. quod in Maram Moſes coniecit, & quo aqua dulcis & potabilis effecta eſt, nónne crucem honorandam præfigurabat? Cùm Moſes crucis in modum manus extendens, Amalecum in fugam vertebat, nónne crucem forma quadam præmonſtrabat? HERB. Tu hic in vetere Scriptura ſi vtile lignum inueneris, hora eſt illud vt aſſimiles tuæ cruci. S. ARCHIEPISCOPVS. Non ſolùm ligna crucem præfigurarunt, ſed etiam manuum ſublationes, & bellorum ſymbolæ, id eſt conflictus ſiue conflictiones præliares, & quæ his ſunt ſimilia. HERBAN. Iam tibi prædixi, quòd tu multa magnaq; doctrina præditus, directè & argutè,
quæ

γεῖν τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, οὐχὶ ὀλίγον ἀνασχὼν ἀπὸ τῆς κλίνης, ἐν ᾗ κατέκειτο, καὶ ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ ἐπιστηριχθεὶς, ἥτις ἐδήλου τὸν τίμιον σταυρὸν, ἐν τῷ σταυρῶσαι τὰς χεῖρας αὐτοῦ, οὕτως εὐλόγει αὐτούς; οὐχὶ τὸν πρῶτον καταλιπὼν, ὅστις ἦν εἰκὼν τοῦ ὑμετέρου λαοῦ, ἐπὶ τὸν δεύτερον τὸ πέρας τῆς εὐλογίας παρέτεινεν, ὅστις ἦν εἰκὼν τοῦ τῶν Χριστιανῶν λαοῦ; Τὸ ἐπὶ τῷ Ἰωσὴφ πραχθὲν σοι ὑπαγορεύω. τοῦ Μωσέως ἡ ῥάβδος, δι' ἧς ἐτέλει σημεῖα καὶ τέρατα, οὐχὶ τὸν σταυρὸν ἐτύπου; τὸ ξύλον ὃ ἔβαλεν Μωσῆς ἐν Μαρρᾷς, καὶ ἐγλυκάνθη τὸ ὕδωρ, οὐχὶ τὸν σταυρὸν προετύπου τὸν τίμιον; ὅτε τὰς χεῖρας Μωσῆς σταυροειδῶς ἐκτείνων τὸν Ἀμαλὴκ ἐτροποῦτο, οὐχὶ τὸν σταυρὸν προετύπου; Ερβαν. Σὺ ἔνθα ἂν εὕρῃς ξύλον χρησιμεῦον ἐν τῇ παλαιᾷ, ὥρα ἀφομοιοῦν αὐτὸ τῷ σταυρῷ σου. Καὶ ὁ ἅγιος. Οὐ μόνον τὰ ξύλα προετύπωσαν τὸν σταυρὸν, ἀλλὰ καὶ ἐκτάσεις χειρῶν, καὶ πολέμων συμβολαὶ, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια. Ερβαν. Παραλαβὼν εἴρηκα, ὅτι σὺ πολλὰ μεμαθηκὰς, ἐπ' εὐθείας

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ἐτυμολογεῖς τὰ συμφέροντά σοι. Καὶ ὁ ἅγιος Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ, ὅτε τὸν φοβερὸν πόλεμον ἐκεῖνον ἐκρότησε μετὰ τῶν ἐθνῶν, ἑσπέρας καταλαβούσης, οὐκ ἔστησε τὸν ἥλιον κατὰ Γαβαὼ, καὶ τὴν σελήνην ὁμοίως κατὰ Φάραγγα, μέχρις ὅτου τὴν νίκην κατὰ τῶν ἐναντίων ἤρατο; τοῦτο δὲ τοῦ πάθους τοῦ ἐνδόξου κυρίου μου Ἰησοῦ Χριστοῦ προτύπωσις ἦν. Ἰησοῦς γὰρ ἐκεῖνος, Ἰησοῦς καὶ ἐνταῦθα. Ἀρχιστράτηγος ἐκεῖνος τοῦ Ἰσραὴλ, βασιλεὺς οὗτος καὶ θεὸς, οὐ μόνον τοῦ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ καὶ πάσης τῆς οἰκουμένης· ἐκεῖνος ἔθνη ἐτροποῦτο, καὶ οὗτος τῶν δαιμόνων στρατεύματα· ἐκεῖνος τὸν ἥλιον ἔστησε, καὶ τὴν σελήνην μέχρις ὅτου ἐξῆρεν ἁπάσας τὰς φάλαγγας τῶν ὑπεναντίων· ἐπὶ δὲ τῷ πάθει τοῦ κυρίου μου ὁ ἥλιος ἔφριξέ τε καὶ ἐσκότασε, καὶ ἡ σελήνη οὐκ ἔδωκε τὸ φέγγος αὐτῆς, τῆς ἡμέρας τάχα ἀπὸ τοῦ φόβου εἰς σκότος μετελθούσης. ἐκεῖνος δόρυ καὶ λόγχῃ ἀνεῖλε τὰ ἔθνη, οὗτος δυνάμει τῆς θεότητος αὐτοῦ συνέτριψε τοῦ ᾅδου τὰ κλεῖθρα, καὶ τῷ τιμίῳ αὐτοῦ σταυρῷ, ἀπετέφρωσε δαίμονας· ἐκεῖνος κατὰ πλῆθος στρατευμάτων

quæ tibi conducunt, depromis & eloqueris. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Ieſus filius Nauæ, cùm bellũ illud horrificum & interneciñu magno applauſu geſſit cum gentibus, veſpere ſuperueniente, nónne aduerſus Gabaonitas ſolẽ ſiſtere curſum iuſſit: ſimiliter & Lunam contra vallem Aialon, donec victoriam de hoſtibus retuliſſet? Hæc illuſtris & admirabilis in ſole affectio ſiue perpeſſio fuit Domini mei Ieſu Chriſti antegreſſa figura & ſimilitudo. Ieſus ille, Ieſus & hìc. Ille fuit princeps exercitus Iſraëlis: hic rex & Deus, non ſolùm Iſraëlis, ſed & totius terrarum orbis. Ille gentes in fugam vertebat: hic dæmonum exercitus. Ille Solem & Lunam ſiſtere potuit, donec phalanges ſiue turmas & cateruas militum aduerſariorum profligaſſet. In paſſione Domini mei ſol inhorruit, & obſcuratus eſt, & luna ſuum fulgorem nõ dedit, die ſtatim præ timore in tenebras tranſeunte. Ille haſta & lancea gentes ſuſtulit: hic ſuæ diuinitatis virtute inferorũ clauſtra contriuit, & pretioſa ſua cruce dæmonas in cineres redegit. Ille armata militũ manu & copiis

Ioſ. 10. Vide lib. 17. c. 8. D. Aug. de ciuit. D. donec cœptum prælium victoria terminaret.

Math. 27. Quam ſolis obſcurationem non ex canonico ſiderum curſu accidiſſe, ſatis oſtẽdit quod tunc erat paſcha Iudæorum, &c. D. Aug. lib. 3. c. 15. de C. D.

adiutus, hæc feliciter & proſperè gerebat: (homo enim erat, nec amplius aut maius poterat:) hic autem ſolus, imò verò duplex & ſecundum diuinitatem & humanitatem. Dicit enim Propheta de ipſo, Torcular calcaui ſolus maximè, & è gentibus non eſt vir mecum. Quoniam paſſionem ſuam ſpiritali intelligentia vuam nominauit, & quòd eius paſſio ſalus gentibus eſſet futura. Et quòd ex gentibus nullus cum ipſo concertat, ideò ſubiungit, Et è gentibus non eſt vir mecum. Non quòd ipſe gentium ope & auxilio indiguiſſet, ſed vt eius perpeſſionibus & doloribus gentes fuiſſe conſeruatas indicaret. HERBANVS. Quomodo non apertè dixit quiſquam Prophetarum loquendi libertate & fiducia, nempè Verbum Dei, id eſt filium, è cœlo deſcenſurum, è muliere Maria carnem aſſumpturum, & hominem naſciturum, fore vt in crucem ageretur, ac moreretur, & tertia die à mortuis reſurgeret, & cætera? SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. O demens, non Eſaias Propheta liberè clamat omnia de ipſo? Non etiam Dauid vociferatur in Pſalmis ſiue canticis, & reliqui Prophetæ in virtute & poteſtate? Audi quid Ieremias Propheta

Eſa. 63.

S. Prophetæ tam claré omné Christi œconomiam deſcripſerunt, vt non futuram prædixiſſe, ſed præteritam vel præſentem cecini ſſe videantur.

Scrutamini ſcripturas & illę ſunt quę teſtificantur de me, ait Dominus. Ioan. c. 5.

τευμάτων ταῦτα κατώρθου. ἄνθρωπος γὰρ ἦν, καὶ οὐδὲν πλέον ἠδύνατο· οὗτος δὲ μόνος, μᾶλλον δὲ διπλοῦς κατά τε θεότητα καὶ ἀνθρωπότητα· λέγει γὰρ ὁ προφήτης περὶ αὐτοῦ, ληνὸν ἐπάτησα μονώτατος, καὶ τῶν ἐθνῶν οὐκ ἔστιν ἀνὴρ μετ' ἐμοῦ. ἐπεὶ γὰρ τὸ πάθος αὐτοῦ σταφυλὴν νοητῶς ὠνόμασε, καὶ ὅτι τοῖς ἔθνεσι μέλλει εἶναι τὸ πάθος αὐτοῦ σωτηρία. Καὶ ὅτι οὐδεὶς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν συναγωνίζεται αὐτῷ, ἐπήγαγε, Καὶ τῶν ἐθνῶν οὐκ ἔστιν ἀνὴρ μετ' ἐμοῦ. οὐχ ὅτι ἤλεγξεν αὐτοὺς βοηθείας ἐθνῶν, ἀλλ' ὅτι ἐδήλου σεσῶσθαι τὰ ἔθνη διὰ τῶν παθημάτων αὐτοῦ. Ερβᾶν. Πῶς οὐκ εἶπεν ἂν εἰς τὴν προφητῶν παῤῥησίᾳ, ὅτι μέλλει ὁ λόγος τοῦ θεοῦ κατελθεῖν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ σαρκωθῆναι ἐκ γυναικὸς Μαρίας, καὶ ἐνανθρωπῆσαι, καὶ σταυρωθῆναι, καὶ ἀποθανεῖν, καὶ ἀναστῆναι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ τὰ λοιπά; Καὶ ὁ ἅγιος. Ὦ ἀνόητε, οὐχὶ παῤῥησίᾳ βοᾷ Ἠσαΐας ὁ προφήτης πάντα τὰ περὶ αὐτοῦ; οὐχὶ κράζει ὁ Δαβὶδ τοῖς ψαλμοῖς, καὶ οἱ λοιποὶ προφῆται ἐν δυνάμει; ἄκουσον τί λέγει Ιερεμίας

θεάνθρωπος ἦν.

ὁ προφήτης περὶ τῶν πατέρων σου, προδη-
λοποιῶν ὁποίῳ τρόπῳ ἤμελλον συμβουλεύεσθαι
κατὰ τοῦ κυρίου αὐτῶν· Δεῦτε καὶ ἐμβάλλωμεν
ξύλον εἰς τὸν ἄρτον αὐτοῦ, καὶ ἐκτρίψωμεν
αὐτὸν ἐκ γῆς ζώντων. καὶ ἀνωτέρω· Ἐγὼ μὲν
ὡς ἀρνίον ἄκακον ἀγόμενον τοῦ θύεσθαι, οὐκ
ἔγνων. δεῖξόν μοι σὺ τοιγαροῦν ποῦ ἐσφάγη
Ἰερεμίας, ποῦ ἀνέβαλον ξύλον εἰς τὸν ἄρτον
αὐτοῦ. ἴσως ἀληθῶς τοῦτο οὐκ ἂν ἔχῃς εἰπεῖν·
ἐν βορβόρῳ γὰρ εὑρίσκομεν αὐτὸν ἐῤῥιφέναι, καὶ
μόνον. περὶ δὲ Χριστοῦ, καὶ πάθους αὐτοῦ, εὔδη-
λον ὅτι προφητεύων ἔλεγεν. Ἑβραῖ. Ταῦτα
αἰνιγματωδῶς εἶπεν Ἰερεμίας, καὶ περὶ αὐτοῦ,
καὶ περὶ ἑτέρου, οὐ μέλλει μοι· λέξον δέ μοι
τοῦτο ὃ ἐπερωτῶ· ποῖος εἶπε παῤῥησίᾳ, καὶ οὐχὶ
παροιμίᾳ περὶ τοῦ Χριστοῦ σου ἀπὸ τῶν προ-
φητῶν μου. Καὶ ὁ ἅγιος. Ἐπ' ἀληθείας σαρκι-
κὸς ὢν σαρκικὰ ἐπιζητεῖς καὶ τὰ νοήματα· μὴ
γὰρ τῆς ἀμαθείας σου ἐχρημάτιζον οἱ προφῆται,
ἢ τῆς σῆς ἀσοφίας τε καὶ ἀνοίας, ἵνα προέβαλλον-
το κοινὰ ῥήματα ἁπλῶς προφητεύοντες; ἄκου-
σον οὖν τί λέγει ὁ Δαβὶδ περὶ τῆς ἐξ οὐρανοῦ

αὐτοῦ

Propheta de tuis patribus dicat, longè antè declarans quo modo conſilium habituri & meditaturi eſſent aduerſus ſuum Dominum. Venite & immittamus lignum in panem eius, & ipſum è terra viuentium eradamus. Et paulò antè: Ego equidem ſicut agnus ſine macula adductus ſum ad victimam, & ignoraui. Oſtende mihi, vbi nam iugulatus eſt Hieremias, vbi nam lignum in panem eius immiſerunt. Fortaſse ad ſenſum hoc non poſſis dicere. Nam ipſum fuiſſe in cœnum proiectum atque obrutum, eumque ſolum comperimus. De Chriſto igitur, & eius paſsione, Prophetam vaticinatum fuiſſe liquidò conſtat. HERBANVS. Hæc Hieremias ænigmaticè atque inuolutè locutus eſt: ſiue de ſeipſo, ſiue de alio, non mea refert. Tu verò dic mihi quod te rogo, quinam ex Prophetis meis dixit loquendi licentia, & non parœmia, de Chriſto tuo? SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Re vera carnalis cùm ſis, carnalia perquiris, & craſſa animi ſenſa. Nunquid Prophetæ tua inſcitia atque inſipientia & amentia indiguerunt, vt verba communia & triuialia ſimpliciter vaticinantes profunderent? Audi igitur quid dicat Dauid de ipſius cœleſti

Hier. 11.

Animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei, &c. 1. Corinth. c. 2.

deſcenſu in virginem, vt carne indueretur:
Pſal. 71. Deſcendet ſicut pluuia in vellus, & ſicut gutta diſtillans in terram. HERBANVS. Hæc de Solomone dixit Dauid: & tu in quem hæc peruertis & accommodas? SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Progrediens Pſalmus quid dicit? Orietur in diebus eius Iuſtitia. Et quis veſtrum ipſum arguet peccati? Solomon verò malum operatus coram Deo, mortuus eſt. HERBANVS. Innumerabilium ſedtionum in diebus ſuis patribus noſtris autor extitit. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Heu: quia veſtras infirmitates baiulauit, & morbos ſanauit, & veſtros mortuos ab inferis ad vitam reuocauit: vos veluti canes rabie concitati aduerſus ipſum furebatis. Quis igitur tumultuum autor, vóſne ipſi, an ille? Verùm audi quæ ſequuntur. Et dominabitur (inquit) à mari vſque ad mare, & à fluuiis vſque ad terminos orbis terrarum. An non ita eſt? Non in eum fides vſque ad terminos orbis terrarum refulget? Coram ipſo procumbent Æthiopes. Non omnis Æthiopia in

Videtur alluſio ad vellus Gedeonis. Iud. 6.

Ioan. 8.

Reg. 3. c. 11.

Ab Oceano Orientis ad Oceanum Occidentis: hoc etiam tempore lux Euangelij affulſit Antipodibus & aliis populis, ad quos acceſſum dari non putauit antiquitas, de quibus D. Aug. lib. 16. c. 9. de ciui. D.

αὐτοῦ συγκαταβάσεως ἐπὶ τὴν παρθένον, ἕνεκα τοῦ σαρκωθῆναι. Καταβήσεται ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, καὶ ὡσεὶ σταγὼν ἡ στάζουσα ἐπὶ τὴν γῆν. Ερβαν. Ταῦτα περὶ τοῦ Σολομῶντος εἴρηκεν ὁ Δαβίδ· καὶ ποῦ ταῦτα σὺ μεθαρμόζεις; Καὶ ὁ ἅγιος. Γεδιὼν ὁ ψαλμὸς τί λέγει; Ανατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνη. Καὶ τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγξει αὐτὸν περὶ ἁμαρτίας; Σολομῶν δὲ ποιήσας τὸ πονηρὸν ἔναντι κυρίου, ἐτελεύτησε. Ερβαν. Διχοστασιῶν μυρίων αἴτιος ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ τοῖς πατράσιν ἡμῶν ἐγένετο οὗτος. Καὶ ὁ ἅγιος. Αβάλε· ὅτι τὰς ἀσθενείας ὑμῶν ἐβάστασε, καὶ τὰς νόσους ἰᾶτο, καὶ τοὺς νεκροὺς ὑμῶν ἀνίστα, καὶ ἡμεῖς ὡς κύνες λυττῶντες, κατεμαίνεσθε αὐτοῦ. Τίς οὖν λοιπὸν αἴτιος τῶν θορύβων, ὑμεῖς, ἢ αὐτός; ἄκουσον δὲ καὶ τῶν ἑξῆς. Κατακυριεύσει γὰρ, φησὶ, ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμῶν ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης· οὐκοῦν οὐκ ἔστιν οὕτως; Οὐ καταλάμπει ἡ πίστις, ἡ εἰς αὐτὸν, εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης; ἐνώπιον αὐτοῦ προσπεσοῦνται Αἰθίοπες· οὐχὶ πᾶσα ἡ Αἰθιοπία

ἐπίστευσεν εἰς αὐτὸν; καὶ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν προσκυνεῖ αὐτὸν, ὡς θεὸν ἀληθινόν; καὶ οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ χοῦν λείξουσιν. τίνες δὲ οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ; οὐχ ὑμεῖς οἱ Ἰουδαῖοι, χοῦν λείχοντες, ἀπὸ πολλῆς πείνης; τουτέστι τὰ νεκρὰ καὶ χοϊκὰ, σαρκικά τε καὶ ἐμπαθῆ νοήματα, ἀπὸ τῶν Χριστιανῶν καὶ πνευματικῶν νοημάτων φαγεῖν οὐ δυνάμενοι. Ερβαῖ. Ὑψηλὴν γλῶτταν κεκτημένος ταῦτα ἐπίστασαι ἀποφθέγγεσθαι. τί δὲ ἐμφαίνει αὕτη ἡ περιοχὴ τοῦ στίχου· Καὶ πλῆθος εἰρήνης ἕως οὗ ἀνταναιρεθῇ ἡ σελήνη; τί ἐστι τὸ πλῆθος τῆς εἰρήνης; Καὶ ὁ ἅγιος. Τὸ πλῆθος τῆς εἰρήνης ἐμφαίνει τὴν πολλὴν ἀγάπην τῶν ἁγίων τοῦ θεοῦ ἐκκλησιῶν, ἣν μεταξὺ ἀλλήλων κέκτηνται. σελήνην δὲ, τὴν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν ἐμφαίνων ὠνόμασεν. ἕως ὅτου δὲ ἥξῃ κύριος, καὶ παρέλθῃ ἡ ἐκκλησία, ἕως τότε ἔσται καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ, ἐπιπολάζουσα ἐν μέσῳ τῶν ἐκκλησιῶν. ὁπόταν δὲ περιέλθῃ ἡ ἐκκλησία, πότε καὶ ἡ εἰρήνη ἐκ μέσου γενήσεται, τῆς συντελείας δηλονότι ἐγγισάσης. ἵνα δὲ ἐκ τοῦ ψαλμοῦ τούτου

ἱκανῶς

in ipſum credidit?& quotidie ipſum vt Deum verum adorat? & inimici eius terram lingent. Quinam eius inimici? Non vos Iudæi, qui præ multa & rabida fame puluerem lingitis? id eſt, terrena & puluerulenta, carnaliáque & perturbata animi ſenſa & cogitata, à Chriſtianis & ſpiritualibus hominibus ſpiritales & diuinas notiones ac ſententias edere, id eſt, mente percipere & intelligere non valentes. HERB. Linguam altam & magniloquam adeptus, ſcis iſta proloqui. Sed quid ſibi vult & indicat hæc verſus clauſula, Et erit abundantia pacis, donec auferatur Luna? Quænam eſt hæc pacis abundantia? SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Hæc pacis multitudo ſiue abundantia declarat ſanctarum Dei Eccleſiarum charitatē & dilectionem, quam indeptæ ſunt, & qua ſeſe mutuò complectuntur. Lunam enim, Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam demonſtrans, nominauit. Donec autem venerit Dominus, & præterierit Eccleſia, eo vſque erit pax Dei, in medio Eccleſiarum ſupernatans & abundans. Cùm verò Eccleſia præterierit, tunc etiam pax è medio tolletur: nimirùm conſummatione facta. Vt autem hoc pſalmo abundè

Hæc nullo modo in Salomone ſed pleniſſimè in Chriſto cōpleri docet D. Aug. lib. 17. c. 8. de Ciuit. D.

Vera pax ibi eſt vbi nihil aduerſi nec à ſe ipſo nec ab alio quiſquā patietur. D. Aug. lib. 22. c. 30. de C. D. hęc autē

pax in ſuperna ciuitate & triumphante Eccleſia æterna eſt.

iuuêris, animum adhibe ad ea quæ dicuntur. Quid ſuperiùs dicit hic Pſalmus? Et humiliabit (inquit) calumniatorem, & permanebit cum Sole. Vides certè quòd Solomon vita functus eſt. Vbi autem erat ipſe ante Lunam? Quarto enim die, in mundi creatione, Lunam & ſtellas Deus condidit. Solomonem verò quondam Dauid ex ea quæ fuit Vriæ, genuit: ante ſolem autem vbi erat nomen eius? Neque tum Dauid hæc vaticinabatur.

Geneſ. 1.

Reg. 2. c. 12.

HERBANVS. Quòd quidem calumniatorem humiliauit, poſſum tibi oſtendere: quia non vnum ſolum humiliauit, ſed infinitos quidem tyrannos animo perculſos & conſternatos ſubiecit: omnes malignos dæmonas ſuo imperio deuictos reddidit, eóſque vinculis & catenis conſtrictos tutò tenuit. Quòd verò ſimul cum Sole permanebit, regni ſplēdorem ſubobſcurè indicauit, propterea quòd Sol eſt diei dux: idcircò robur eius & imperium ſoli ſimile eſſe dixit. Primam autem Lunam, diem dixit, ortum ipſius innuens. Ideóque dicit, Permanebit ſaluus in generationes generationum. Similiter, Permanet ante Solem nomen eius,

ἱκανῶς ὠφεληθῇς, πρόσεχε τοῖς λεγομένοις. τί ἀνωτέρω λέγει οὗτος ὁ ψαλμός; Καὶ ταπεινώσει, φησὶ, συκοφάντην, καὶ συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ. Ὁρᾷς γὰρ ὅτι ἐτελεύτησε. πῶς δὲ νῦν αὐτὸς χρηματίζων περὶ τῆς σελήνης; τετάρτην γὰρ ἡμέραν ἐν τῇ κοσμοποιΐα, σελήνην καὶ ἀστέρας ὁ θεὸς ἐδημιούργησε. Σολομῶντα δὲ πούποτε Δαβὶδ ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου γεγέννηκε· περὶ τοῦ ἡλίου δὲ, πῶς νῦν τὸ ὄνομα αὐτοῦ; οὐδ' ἂν ταῦτα ὁ Δαβὶδ ἐχρημάτιζεν. Ἑρβᾶν. Ὅτι μὲν ἐταπείνωσε συκοφάντην, ἔχω σοι δεῖξαι, ὅτι οὐχ ἕνα μόνον ἐταπείνωσεν. ἀλλ' ἀπείρους μὲν τυράννους πλοήσας ὑπέταξε. πάντων δὲ τῶν πονηρῶν Δαιμόνων ἐκράτησε, καὶ δεσμίους αὐτοὺς ἠσφαλίσατο. Ὅτι δὲ συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ, τὴν λαμπρότητα τῆς βασιλείας ᾐνίξατο, διὰ τὸ στρατηγὸν εἶναι τὸν ἥλιον τῆς ἡμέρας, ἀφομοιώσας αὐτοῦ τὸ κράτος τῷ ἡλίῳ. τετάρτην δὲ σελήνην εἴρηκεν ἡμέραν, τὴν γέννησιν αὐτοῦ· καὶ ἔκτοτέ φησι, Διαμένει σῶος εἰς γενεὰς γενεῶν. Καὶ ὡσαύτως, περὶ τοῦ ἡλίου διαμένει τὸ ὄνομα αὐτοῦ,

τοῦτο δηλοῖ, περὶ τῆς βασιλείας ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ ἕξει τὸ γέρας καὶ τὴν τιμὴν τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Καὶ ὁ ἅγιος. Σολομῶν ἐταπείνωσε δαίμονας; οὐκ οἶδας τί διαγορεύεις. πρὸς καιρὸν μὲν ἠσφαλίσατο τούτους ἐν τοῖς ἀγγείοις, καὶ σφραγίσας κατέχωσεν. ἀλλά γε τὸ τηνικαῦτά μοι σκόπει, ὅτι νοητῶς καταπολεμηθεὶς ὑπ᾽ αὐτῶν τῶν δαιμόνων, καὶ ἡττηθεὶς περὶ σωτηρίαν αὐτοῦ ἐκινδύνευσεν, ὡς ἡ γραφὴ μαρτυρεῖ. συναφθείσας γὰρ ὡς ἵππος θηλυμανὴς ἀγελαίων γυναικῶν, κτίζει τοῖς εἰδώλοις, καὶ θυμιάσας τὰ βδελύγματα τῆς πλάνης, καὶ τῇ ἀλλοφύλῳ αἰσχρῶς συμμιγείς, καταλαβὼν τὰ βασίλεια, ἄφνης καταλύει τὸν βίον, ἔναντι κυρίου τὸ πονηρὸν ἐργασάμενος, μήτε ἴχνος μετανοίας ἐπιδείξασθαι δυνηθείς. Τὸ δὲ, συμπαραμένει τῷ ἡλίῳ, οὐ λαμπρότητα διαγορεύει βασιλείας ἀλλὰ περὶ τοῦ ἐμοῦ Χριστοῦ καὶ θεοῦ προεδήλωσεν, ὅτι συμπαραμένει τῷ ἡλίῳ ἐν τῇ ἀπορρήτῳ λαμπρότητι τῆς θεότητος αὐτοῦ ἡ ἄχραντος αὐτοῦ ἀνθρωπότης, ἐφ᾽ ᾧ διπλοῦς ἦν, καὶ θεός, καὶ ἄνθρωπος, εἴτε καὶ τῷ

hoc declarat: Ante regnum in vniuerſo mundo, nomen eius eximium decus & præmium & honorem conſequetur. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Solomon dæmonas humiliauit? Neſcis quid l[illegible]aris. Ad tempus quidem eos vaſis incluſa[illegible] ſeptos tenuit, & ſigillo conſtrictos terráque obrutos occuluit. Sed mecum conſidera, quòd mente & ſpiritu profligatus ab ipſis dæmonibus, & deuictus, de ſalute periclitatus eſt, quemadmodum teſtatur ſcriptura. Nam mulierum armenta velut equus fœminarum amore incenſus, ac libidine inflammatus poſtquàm congregauit, templa condidit idolis, eiſque ſeruiuit, & erroris abominationes adoleuit: atque alienigenæ mulieri turpiter commixtus, vbi ſe in regiam ſiue palatium recepit, repentè vitam finiuit: malum coram Deo operatus, nullum pœnitentiæ veſtigium demonſtrare potuit. Hoc autem quod cecinit Dauid, Simul cum ſole permanebit, non regni ſplendorem edicit, ſed de meo Chriſto & Deo prædixit, quòd cum ſole permanebit in non enarrabili ſplendore diuinitatis ſuæ impolluta ipſius humanitas: eò quòd erat duplex, & Deus, & homo: atque

Præſtitit ei Deus vt cõtra dæmonas ad vtilitatem hominum & eorum curas ediſceret, & incantationes inſtituit quibus ægritudines ſoleant mitigari: modos etiam curationum quibus obſtricti dæmones, ne deuuò redeant, effugantur. Vide Ioſeph. lib. 8. c. 2. Antiquit. Iudaic.

3. Reg. 11.

Hic bonis initiis malos exitus habuit: Quippe ſecundæ res quæ ſapientum animos fatigant magis huic obfuerunt, quã profuit ipſa ſapientia. D. Auguſt. lib. 17. c. 20. de C. D.

ſuo patri & Deo in cœlos aſſumptus, & ſedens ad dexteram eius virtutis ſiue poteſtatis. Illud autem, ante Lunam, non manifeſtat primum Lunæ diem, nec ſecundum, nec tertium: ſed Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam nominat Lunam. Priuſquàm enim hæc eſſet (inquit) vnà cum ſole patre & Deo erat, non ſolùm in his quæ ab initio fuerunt generationibus, ſed & ante omnia ſecula. At verò hoc, Ante ſolem permanet nomen eius, obſcurè & hoc declaraſti. Non enim ſol regnum indicat: ſed purè & indubitatè dicit, quòd antequàm hic ſol factus eſſet, erat nomen eius admirabile. HERBANVS. Tu tuæ parti conſulis, & quiduis accommodas, meamq́ue interpretationem detorques. Ego verò decertans, & pro me anxiè laborans, tuam explicationem non admitto neque approbo. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Veritas te trahit vel nolentem annuere & aſſentiri. Quod verò paulò inferiùs habetur, tibi dico: Et benedicentur in ipſo omnes tribus terræ. Omnes gentes beatum ipſum prædicabũt. Et paulò antè: Erit nomen eius benedictum

Quæ Luna, id eſt, Eccleſia Chriſti, Pſal, 88. dicitur perfecta in æternum & teſtis in cælo fidelis. vide D. Aug. lib. 17. c. 9. de C. D.

Ex vtero ante luciferum genui te, Pſal. 109. & Mich. 5. Et egreſſus eius à diebus æternitatis.

ἰδίῳ πατρὶ καὶ θεῷ ἀναληφθεὶς εἰς οὐρανούς, καὶ καθίσας ἐν δεξιᾷ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως. Τὸ δὲ, πρὸ τῆς σελήνης, οὐκ ἐμφαίνει πρώτην σελήνης ἡμέραν, καὶ δευτέραν, καὶ τρίτην, ἀλλά γε τὴν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν ὀνομάζει σελήνην. πρὸ γὰρ τῆς ταύτην, φησί, γεγονέναι, συμπαρῆν τῷ ἡλίῳ πατρὶ καὶ θεῷ, οὐ μόνον ἐν ταῖς ἀπ' ἀρχῆς γενεαῖς, ἀλλὰ καὶ πρὸ πάντων αἰώνων. Τὸ δὲ, πρὸ τοῦ ἡλίου διαμένει τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ἀδήλως καὶ τοῦτο ἐδήλωσας. οὐ γὰρ ἐμφαίνει βασιλείαν ὁ ἥλιος, ἀλλὰ καθαρῶς καὶ ἀπεριέργως φάσκει, ὅτι πρὸ τοῦ γενέσθαι τὸν ἥλιον τοῦτον, ἦν τὸ ὄνομα αὐτοῦ θαυμαστόν. Ερβᾶν. Σὺ περὶ σεαυτοῦ σπεύδεις τὸ πᾶν, καὶ καθέλκεις τὴν ἐμὴν ἑρμηνείαν. κἀγὼ δὲ περὶ ἐμαυτοῦ ἀγωνιζόμενος, οὐ δέχομαί σου τὴν σαφήνειαν. Ερβᾶν. Η ἀλήθειά σε ἕλκει, καὶ μὴ βουλόμενον τὸ καταινεῦσαι καὶ συνομολογῆσαι. πρὸς σὲ δὲ, τὸ κατωτέρω λέγω· Καὶ εὐλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. πάντα τὰ ἔθνη μακαριοῦσιν αὐτόν. καὶ ἀνωτέρω, ἔσται τὸ ὄνομα αὐτοῦ εὐλο-

γημένον εἰς τοὺς αἰῶνας. λέξον μοι σὺ τοιγαροῦν ἀρτίως, ποῦ ποτὲ εὐλογήθησαν ἐν τῷ Σολομῶντι πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, ἢ ποίῳ χρόνῳ ἐμακάρισαν αὐτόν, ἢ ἐν ποίοις αἰῶσι πέφυκεν εὐλογημένον τὸ ὄνομα αὐτοῦ. τίς δέ ἐστιν ὁ εὐλογῶν Σολομῶντα; ἅπαντες γὰρ κατάκριτον ἔχουσιν αὐτόν, ὡς τὸ πονηρὸν πεποιηκότα ἔναντι κυρίου. Εβραῖ. Οὐκ ἐξέθετο Σολομῶν τὸν Ἐκκλησιαστὴν ἐγγράφως; ἀλλὰ καὶ ἅπασαν τὴν παροιμίαν; πρόδηλον ὅτι οὗτος. οὐκ ἀναγινώσκονται αὐτοῦ τὰ συγγράμματα; ἴδε οὖν ὅτι ἐν οἵοις τόποις περιηχεῖται τῆς σοφίας αὐτοῦ τὸ χάρισμα. αἰνεῖται ὑπὸ τῶν ἀκουόντων, καὶ δοξάζεται παρὰ τῶν ἀναγινωσκόντων, καὶ εὐλογεῖται παρὰ συνιέντων τὰ ἐκείνου σοφίσματα· πῶς εἴρηκας ὅτι οὐδείς ἐστιν, ὃς τοῦτον εὐλογεῖ; Καὶ ὁ ἅγιος. Τὸ ὄνομα αὐτοῦ εὐλογημένον, ὁ ψάλλων ἐν πνεύματι λέγει· καὶ οὐ μόνον εὐλογημένον, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. πῶς οὖν ἔσται εὐλογημένον τὸ ὄνομα τοῦ Σολομῶντος, ἐν ἁμαρτίαις τὸν βίον αὐτοῦ καταλύσαντος; μὴ γὰρ θεὸς ἦν, ἢ υἱὸς θεοῦ, ὃν εἶπον

dictum in ſecula. Tu quidem dic modò, vbi nam aliquando benedictæ fuerunt in Solomone omnes tribus terræ, vel quo tempore beatum prædicauerunt ipſum, vel quibus ſeculis benedictum fuit nomen eius. Quis enim benedicit Solomoni? ... nes enim ipſum condemnatum habent, vt potè coram Deo malum operatum. HERBANVS. Non Solomon librum Eccleſiaſtem inſcriptum edidit? non etiam omne Prouerbium? quod quidem demonſtrat, quia hic eſt. Nónne eius ſcripta leguntur? Vide igitur quibus in locis ſapientiæ ipſius gratia perſonat & celebratur. Laudatur ab audientibus & glorificatur à legentibus, & benedicitur ab his qui eius ſapientiam intelligunt. Quomodo dixiſti quòd nullus eſt qui huic benedicat? SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Nomen eius benedictum in ſpiritu dicit Cãtici autor: nec ſolùm benedictum, ſed etiam in ſecula. Quomodo Solomonis nomen erit benedictum qui in peccatis vitam ſuam finiuit? Non enim Deus erat, neque Dei filius, quomodo

Reg. 3. c. 4. Ioſeph. lib. 8. c. 2. antiqu. Iud.

Dominus meus Ieſus Chriſtus. Etenim non alius cuiuſquam nomen eſt benedictum in ſecula, quàm ſolum nomen Domini mei Ieſu Chriſti & Seruatoris. Solomon verò tandem corruptus eſt, & periit, Dei amore & charitate diſiunctus, & dæmonum intemperiis ac furoribus cohibitus ac detentus. T[illegible]niſi Dominus noſter Ieſus Chriſtus, cu[illegible]rucifixus & mortuus ad inferos deſcendit, ei manum ſalutarem dediſſet, nihil omninò haberet. Non enim ſolùm non benedictum erit nomen eius, vt dicis, in perpetuum: verumetiam in infinita ſæcula cum peccatoribus afficietur ſupplicio, vt tranſgreſſor, & qui omni bono exciderit. HERBAN. Tuus Chriſtus etiam mortuus, dic mihi, ſalutis dandæ poteſtatem obtinuit, & ſeruare poteſt? Perſpice quomodo ſeipſum nuper liberauit, & Solomonem eripere & ſaluum facere potuit? SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Age igitur, dic mihi, quid, & de quo dicit Propheta, Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem? HERBANVS. De ſeipſo planè hoc dicit, ſuppliciter Deum deprecans. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Directè aduerſus veritatem mentitus es. Nónne

Pſal. 67. Deus noſter, Deus ſaluos faciendi, qui nõ alius eſt quàm D. Ieſus. i. ſaluator, ſiue ſalutaris. D. Aug. lib. 17. c. 18. de C. D.

Pſal. 15. Act. Apoſt. c. 2.

ὁ κύριός μου Ἰησοῦς Χριστός. Καὶ γὰρ οὐδ' ἑνὸς ἐστὶν ἑτέρου τὸ ὄνομα εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀλλ' ἢ μόνον τοῦ κυρίου μου Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ σωτῆρος. Σολομὼν δὲ διεφθάρη πρὸς τὰ τέλη, καὶ ὄλωλε, τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ χωρισθεὶς, καὶ ταῖς ἀσελγείαις τῶν δαιμόνων κωλυθείς. καὶ εἰ μὴ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὅτε σταυρωθεὶς καὶ θανὼν κατέβη εἰς τὸν ᾅδην, χεῖρα αὐτῷ σωτηρίας δέδωκεν, οὐκ ἔσχεν οὐδέν. οὐ μόνον γὰρ εὐλογημένον ἔσται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ὡς λέγεις, εἰς τὸ διηνεκὲς, ἀλλά γε καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας συμφορηθήσεται μετὰ τῶν ἁμαρτωλῶν, ὡς παραβάτης καὶ ἔκπτωτος τοῦ παντός. Ερβαν. Ο Χριστός σου καὶ ἀποθανὼν, εἰπέ μοι, δύναμιν ἔσχεν εἰς τὸ σώζειν; θέασαι πῶς ἑαυτὸν ἐρρύσατο ἀρτίως, καὶ Σολομῶντα ἔσχεν ἐξερρύσασθαι; Καὶ ὁ ἅγιος. Τί οὖν, εἰπέ μοι, φάσκει ὁ προφήτης, καὶ περὶ τίνος, Ο'τι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου ἰδεῖν διαφθοράν. Ερβαν. Περὶ ἑαυτοῦ πάντως φάσκει, ἱκετικῶς παρακαλῶν τὸν θεόν. Καὶ ὁ ἅγιος. Ορθῶς ἐψεύσω κατὰ τῆς ἀληθείας· οὐκοῦν οὐκ

ἔστι τὸ μνῆμα Δαβὶδ ἐν τῇ Γαλαισίνῃ, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῷ μνήματι; πῶς οὖν διαγορεύει, ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν, οὐδαμῶς ἀναστάς, ἀλλ' ἐν τῷ τάφῳ ἔτι κατακείμενος, καὶ διαφθαρεὶς προδήλως; ἀλλ' ἡ ἀλήθεια δείκνυσιν, ὅτι περὶ τοῦ ἐμοῦ Χριστοῦ ταῦτα ἠνίξατο, εἰδὼς ὅτι μετὰ τρίτην ἡμέραν ἀναστήσεται, μὴ ὑπομείνας φθοράν, ὡς δυνατός· ἰδιοποιήσατο δὲ τὸ ῥητὸν, λέξας ὡς περὶ αὐτοῦ, ἐπιστάμενος ὅτι ἐκ τοῦ μηροῦ αὐτοῦ ἔσται ὁ κατὰ σάρκα Χριστός, ἀναστάμενος ἄφθαρτος. Ἑβραῖ. Τέως εἰ καὶ οὕτως ἔχει καθὼς λέγεις, οὐ δεσποτικὴ φωνὴ τό, οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην, ἀλλ' οἰκέτου τινός, ἢ καταδεεστέρου πρὸς μείζονα παράκλησιν ἄγοντος. εἰδέναι τοιγαροῦν σε δεῖ, ὅτι οὐκ ἦν υἱὸς θεοῦ, ἀλλ' οἰκέτης. Καὶ ὁ ἅγιος. Ο δεσπότης ὁ ἐμός, καὶ ἄνθρωπος κεχρημάτικε, δύο φύσεις κεκτημένος, καὶ δύο οὐσίας, καὶ δύο θελήματα, μίαν δὲ τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν. διὰ οὖν τὴν φύσιν τῆς ἀνθρωπό-

Dauidis monumentum eſt in Palæſtina, & corpus eius in ſepulchro? Quomodo igitur pronuntiat, Quoniam non derelinques animam meam in inferno, neque dabis ſanctum tuum videre corruptionem, qui nullo modo reſurrexit, ſed [illegible] ſepulchro adhuc iacet, iampridem corru[illegible]s penitùs? Sed veritas arguit, quòd de meo Chriſto hæc Propheta indicauit, præſciens hunc reſurrecturum poſt tertium diem, non expectata corruptione, vt potè qui potens eſſet. Vaticinium autem ſibi proprium fecit, velut de ſeipſo locutus, ſciens quòd ſecundum carnem de ſuo femore naſciturus eſſet Chriſtus, reſurgens incorruptibilis. HERBAN. Interim etſi ita eſt, ſicut dicis, non hæc vox Domini, Non derelinques animam meam in inferno, ſed cuiuſdam famuli, vel inferioris ad ſuperiorem, ſupplicationem dirigentis. Scire igitur te oportet, quòd non erat Dei filius, ſed famulus. S. ARCHIEPISCOPVS. Dominus meus, & Deus, & homo fuit, duas n[illegible]ras indeptus, & duas eſſentias & duas vo[illegible]ates, ſed vnam eandemque hypoſtaſin. Ergo propter naturam

Reg. 3. c. 2. Hoc vaticinium ſoli Chriſto cōpetere non modò D. Petrus docet. act. Apoſt. c. 2. & D. Paul. Act. c. 13. ſed etiā D. Aug. lib. 17. c. 18. de C. D.

humanitatis vt creatam, & diuinitati vnitam, hanc adiunctiuam vocem velut inuocationem poſuit. Neque hoc eſſe debet ſcandalum. Nam reſurrectio corporis eius, & quòd eius caro in monumento non fuerit corrupta, hoc à diuina poteſtate & virtute Deitatis in humanitatem eius effectum eſt. Cùm igitur humanitas eius diuinitatem implorat, non ego reliquum vereor. HERBANVS. Hoc ſi ita eſt, conſequens eſt, vt idem ſit ipſe & ſeruus, & Dominus: ac neceſſe eſt vt idem tanquam ſeruus ſibi ipſi ſuccumbat velut Domino. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Nugaris fruſtrà argutans. Quòd enim ſit & ſeruus & Dominus, neque ego inficior. Vnus enim eſt idem & filius Dei, quia ſit in diuinitate ſua & humanitate in vna hypoſtaſi, quâ Verbum Dei caro factum eſt, ſicut teſtatur Scriptura, Et habitauit in nobis. HERBANVS. Quòd Dominus tuus, præclarè: ſed ſeruus, quamobrem? SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Dominus quidem, vt præexiſtens, ſeruus verò ob id volens factus

D. Paul. ad Philip. 2. de Chriſto loquens: Qui cum in forma Dei eſſet non rapinã arbitratus eſt ſe eſſe æqualẽ Deo: ſed ſemetipſum exinaniuit formã ſerui accipiens.

Ioan. 1.

Diuus Aug. lib. 9. ca. 15. de C. D.

ἀνθρωπότητος, ὡς κτιστὴν πεφυκυῖαν, καὶ ἡνωμένην τῇ θεότητι, ταύτην τὴν ὑποτακτικὴν φωνὴν, οἷα παράκλησιν τέθηκε. Καὶ οὐκ ἔστι τοῦτο σκάνδαλον· ἡ γὰρ ἀνάστασις τοῦ σώματος αὐτοῦ, καὶ τὸ μὴ φθαρῆναι τὴν σάρκα αὐτοῦ ἐν τῷ μνήματι, ὑπὸ τῆς θείας δυνάμεως τῆς θεότητος αὐτοῦ ἐνεργήθη εἰς τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ· ὅταν οὖν ἡ ἀνθρωπότης αὐτοῦ παρακαλεῖ τὴν θεότητα αὐτοῦ, ἐγὼ λοιπὸν οὐκ αἰσχύνομαι. Ἐρβᾶν. Εἰ οὕτως ἐστὶν, λοιπὸν ὁ αὐτὸς ἐστὶ καὶ δοῦλος, καὶ δεσπότης· καὶ ἐπάναγκες αὐτῷ, ἵνα προσπλαίη ὡς δοῦλος αὐτὸς, ἑαυτῷ ὡς δεσπότης. Καὶ ὁ ἅγιος. Ματαιολογεῖς ἀποφθεγγόμενος. Ὅτι γάρ ἐστι δοῦλος καὶ δεσπότης, οὐδ' αὐτὸς ἀπαναίνομαι· εἷς δὲ ἐστὶν ὁ αὐτὸς καὶ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ ὁ εἷς ἐν τῇ θεότητι αὐτοῦ καὶ τῇ ἀνθρωπότητι, ἐν μιᾷ τῇ ὑποστάσει, καθ' ὃ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ σὰρξ ἐχρημάτισε, καθὼς φησὶ ἡ γραφὴ, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. Ἐρβᾶν. Δεσπότης ὁ σὸς, καλῶς· δοῦλος δὲ, διὰ τί; Καὶ ὁ ἅγιος. Δεσπότης μὲν ὡς προϋπάρχων, δοῦλος δὲ, ἀλλὰ τοῦτο βουλόμενος

ἐλήλυθεν, ἵνα ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ, παλαί-
σας τὸν ἀντίπαλον, καὶ ἡττήσας αὐτὸν, ἐλευθε-
ρώσῃ τῆς δουλείας καὶ τῆς κατάρας, τὸν ἐν τῷ
παραδείσῳ κακῶς δουλωθέντα τῇ ἁμαρτίᾳ διὰ
τῆς παραβάσεως. Ερβᾶν. Ἰλιγγιῶ καὶ ἐξίστα-
μαι, εἰ τοῦ Ἰωσὴφ ὁ υἱὸς τοῦ τέκτονος καὶ Μα-
ρίας τῆς αὐτοῦ γυναικὸς, ἐστὶν υἱὸς τοῦ θεοῦ ὁ
εἰς τὸν κόσμον ἐρχόμενος. Καὶ ὁ ἅγιος. Οὕτως
οἶμαι· περὶ αὐτοῦ ὁ θεὸς διὰ στόματος τοῦ προ-
φήτου εἴρηκε· Κύριος εἶπε πρός με, υἱός μου
εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Ερβᾶν. Ὅσα
εἴρηκεν ὁ Δαβὶδ περὶ αὐτοῦ, ὑμεῖς σφετερί-
ζεσθε ταῦτα εἰς τὸν Χριστὸν ὑμῶν. Καὶ ὁ ἅγι.
Ληρεῖς, μὴ κατὰ πεῖραν συνιὼν τὴν γραφήν·
πρόσχες δὲ τί λέγει μετὰ ταῦτα· Αἴτησαι παρ'
ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ
τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. Ερβᾶν.
Καὶ μὴ ὀλίγων ἐθνῶν ἦρξεν ὁ Δαβὶδ νικήσας
καὶ πατάξας. Καὶ ὁ ἅγιος. Καὶ ἡ κατάσχεσις
αὐτοῦ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης ἐγεγόνει,
πάντως. Παλαιστίνης μόνον ἐκράτησε, καὶ Ἰου-
δαίων ἐβασίλευσε· περάτων δὲ γῆς, οὐδαμῶς.

εἰ δὲ

factus eſt, vt in ſerui forma, aduerſario lucta proſtrato & deuicto, à ſeruitute & maledicto liberaret eum, qui in paradiſo malè propter præuaricationem peccato mancipatus ſeruierat. HERBAN. Vertigine laboro & æſtuo, nec ſum apud me, ſi Ioſephi fabri & Mariæ eius coniugis filius, eſt ipſe Dei filius, qui in hunc mundum venit. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Sic puto. De ipſo Deus ore Prophetæ dixit: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. HERBAN. Quæcunque de ſeipſo Dauid protulit, ea vos vindicantes in Chriſtum veſtrum inuertitis. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Deliras, neque vſu neque ratione ſacram Scripturam intelligens. Attende quæ poſtea dicit: *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeßionem tuam terminos terræ.* HERBANVS. Atqui non paucis gentibus dominatus eſt Dauid, quas deuicit & profligauit. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. An eius poſſeſſio vſque ad orbis terrarum terminos propagata fuit? Palæſtinæ tantùm omnino imperauit, & Iudæorum rex fuit: finium orbis terrarum nequaquam.

Vt homines ex mortali miſeria ad beatam immortalitaté perducerentur quærendus fuit mediator, qui non ſolùm homo, verú etiam Deus ſit. D. Aug. lib. 9. c. 15. de C. D.

Pſal. 2.

D. Paul. act. c. 13. & Heb. 5. hoc vaticinium refert ad temporariam Chriſti generationem: quá uis poſſit ad æterná pertinere, quia hodie æternitatem denotat, quomodo ſumi poteſt, ad Heb. c. 1.

Quòd ſi etiam gentes ad tempus ſubegit, ſed non ſemper: aliud igitur eſt terminum, & aliud gētem deuictam accipere, fortaſse gentem, quæ ſit tota & integra hæreditas. Ad hæc igitur nugaris & blateras: ſiquidem ad Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum hæc referuntur. Si enim ad orbis terrarum terminos abieris, illic Chriſtum ſpiritaliter regnantem inueneris. De eo igitur Dauid vaticinatus eſt. Animaduerte etiam quòd Chriſtianiſmus vbique principatum obtinet, & per omnes nationes ſunt ei, qui cruci ſuffixus fuit, erectæ, & veluti cippi, firmatæ Eccleſiæ. Quòd autem non de Dauide quidem, ſed de Domino meo & Deo ſermo eſt, audi quid extremum Pſalmi ſubindicat: *Paſces eos in virga ferrea.* Virga illa ferrea eſt pretioſa crux. Quos paſcet? De quibus dixit, *Et nunc reges intelligite, erudimini omnes qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore, & exultate ei in tremore.* Deinde dicit: *Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta.* Quemnam igitur Dauid innuit Dominum, an ſeipſum? Superuacanea oratio.

Hæc veritas hoc tēpore multò manifeſtior facta eſt, ad omnes orbis terrarũ partes pateſacto aditu.

Pſal. 2.

Nullus

εἰ δὲ καὶ ἔθνη πρὸς τὸ πρὶν ὑπέταξεν, ἀλλ' οὐ διὰ παντὸς, ἕτερον οὖν τὸ πέρας, καὶ ἄλλο τὸ δορυάλωτον ἐλέσθαι· ἴσως ἔθνος ὁλόκληρον. ματαιολογεῖς τοιγαροῦν πρὸς ταῦτα. εἰς γὰρ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ταῦτα τῆδε ἀναφέρεται. ἐὰν γὰρ ἀπέλθῃς εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης, εὑρήσεις τὸν Χριστὸν πνευματικῶς βασιλεύοντα· περὶ τούτου οὖν ὁ Δαβὶδ ᾐνίξατο· πρόσεχε γὰρ ὅτι ὁ Χριστιανισμὸς πανταχοῦ κεκράτηκε, καὶ εἰς πάντα τὰ ἔθνη Ἐκκλησίαι τοῦ ἐσταυρωμένου ἀνεστηλώθησαν· ὅτι δὲ οὐ περὶ τοῦ Δαβὶδ ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ μου, ἄκουσον τί τὸ τέλος τοῦ ψαλμοῦ ἀποφαίνει. Ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ· ῥάβδος σιδηρᾶ, ὁ τίμιος σταυρός. τίνας ποιμανεῖ; περὶ ὧν εἶπε, Καὶ νῦν βασιλεῖς συνίετε, παιδεύθητε πάντες οἱ κρίνοντες τὴν γῆν, δουλεύσατε τῷ κυρίῳ ἐν φόβῳ, καὶ ἀγαλλιᾶσθε αὐτῷ ἐν τρόμῳ· ἔπειτα λέγει. Δράξασθε παιδείας, μή ποτε ὀργισθῇ κύριος, καὶ ἀπολεῖσθε ἐξ ὁδοῦ δικαίας. ἵνα οὖν ἐμφαίνῃ ὁ Δαβὶδ κύριον, ἑαυτὸν ἄρα; περὶ τίνος ὁ λόγος.

οὐδεὶς γὰρ τῶν εὖ φρονούντων, ἑαυτὸν κύριον προσαγορεύσειε. καὶ μᾶλλον ἐγγράφως, ἀλλ' οὖν καὶ ἡλίκος ὁ προφήτης ἔμελλεν εἶναι, εἰ τὸ τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ αὐτοῦ ὄνομα εἰς ἑαυτὸν ἐσφετερίζετο, ἢ πάλιν περὶ ἑαυτοῦ ἐπροεφήτευσεν; Ἐνώπιον τοιγαροῦν καὶ ἐπὶ τέλους, ἵνα διαγορεύῃ, ὅταν ἐκκαυθῇ ἐν τάχει ὁ θυμὸς αὐτοῦ, μακάριοι πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτῷ. διὰ τὴν αἰτίαν; μὴ γὰρ θεός ἐστιν· ἄνθρωπος γὰρ ἦν, ὥσπερ εἷς τῶν ἀνθρώπων, καὶ προφήτης ἐχρημάτιζεν. Ὁρᾷς ὅπως οὐδέν εἰσιν ἃ διαγορεύεις. Ἑβραῖ. Μωϋσῆς ὁ προφήτης, εἰ τὴν πεντάτευχον ἀνέγνως, μεγέθη καταρῶν τέθεικεν ἡμῖν τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ, ἀπὸ θεοῦ καὶ τῶν ἀγγέλων, καὶ τῶν ἁγίων, θεὶς καὶ πάντα τὰ στοιχεῖα τὰ ὑπ' οὐρανὸν ὑπὸ κατάραν, εἴ ποτε ἕτερον θεὸν ὑποδεξόμεθα παρὲξ τοῦ θεοῦ τῶν πατέρων. Τί οὖν λοιπὸν πολυπραγμονεῖς; Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ θεὸς διὰ τοῦ προφήτου παρεγγυᾷ ἡμῖν λέγων· Οὐκ ἔσται ἐν σοὶ θεὸς πρόσφατος, οὐδὲ προσκυνήσεις θεῷ ἀλλοτρίῳ. ἐγὼ γὰρ εἰμὶ κύριος ὁ θεός σου, ὁ ἀναγαγών σε ἐκ

γῆς

Nullus enim eorum qui rectè ſapiunt,ſeipſum Dominum appellauit, & magis ſcriptis verbis. Quinetiam quantus Propheta futurus eſſet, ſi Domini & Dei ſui nomen vſurpans in ſeipſum transferret, vel rurſus ſi de ſeipſo vaticinatus eſſet? Ergo percipe auribus, in fine quem denuntiat: *Cùm exarſerit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo.* Quam ob cauſam? Non enim Deus eſt: homo enim erat: ſicut vnus hominum, & Propheta vaticinabatur. Vides igitur quàm friuola ſunt & futilia quæ obloqueris. HERBANVS. Moſes Propheta, ſi Pentateuchum legiſti, nobis Iſraëlitis magnas execrationes à Deo & angelis & ſanctis ſtatuit, addens etiam omnia elementa quæ ſub cælo ſunt, in maledictionem & execrationem, ſi quando alium Deum ſuſciperemus, præter eum quem patres noſtri coluerunt. Quid igitur amplius curioſè percontaris? Etenim Deus ipſe per Prophetam mandat & iubet nobis, dicens: Non erit Deus apud te recens, neque adorabis Deum alienum. Ego enim ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de

Deut. 28.

Exod. 20. Deut. 5. Leuit. 26.

terra Ægypti. Ad hæc igitur quid tibi videtur? SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. De Chananæorum ſculptilibus & ſimulacris, hoc tibi iuſſum & præceptum fuit, Quòd non Deum alienum coles, non autem de vnigenito Dei filio. Quem igitur inducens ſubindicat, dum dicit, *Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum?* Quinam Dominus*, & ad quem Dominum hæc dixiſſe exiſtimatis, nunc oſtende & ediſſere. HERBANVS. Dominus ſupercœleſtium, & terreſtrium, & ſubterraneorum Deus qui eſt in cœlo: dominus erat etiam Dauid in diebus regni ſui, omnis terræ, cuius rex erat. Dixit igitur huic Deus dicens, Sede à dextris meis: id eſt, Ne declines dextrorſum vel ſiniſtrorſum à dextris mandatis legis, ſed ſerua legem: & ego tibi ſubiiciam omnes gentes, & inimicos tuos ſuppedaneum pedum tuorum faciam. Dicuntur enim arma bellorum iuſtitiæ, etiam in populo, cuſtodia.

Pſal. 109. Hoc de chriſto intelligi ita clarum eſt, vt non ſolùm infideliter & infeliciter, ſed etiam impudenter negetur. D. Aug. lib. 17. c. 17. de C. D.

* *Dixit.*

His omnibus dictis & diſputatis inter ſanctiſſimum

γῆς Αἰγύπτου· τί οὖν δοκεῖ σοι πρὸς ταῦτα; Καὶ ὁ ἅγιος. Περὶ τῶν γλυπτῶν Χαναὰν σοὶ τὰ τῆδε διεντέλλε), Οτι οὐ προσκυνήσεις θεῷ ἀλλοτρίῳ, οὐχὶ δὲ περὶ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Τίνα οὖν παρεισάγων ὑποσημαίνει, λέγων· Εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου· ποῖος κύριος; καὶ πρὸς τίνα κύριον ταῦτα λελαληκέναι ὑπολαμβάνετε; ἀρτίως ἀναδίδαξον, καὶ εἰπέ. Ερβαν. Κύριος ὁ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, ὁ θεὸς ἐν τῷ οὐρανῷ. Κύριος δὲ καὶ Δαβὶδ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ τῆς βασιλείας ἁπάσης τῆς γῆς, ἧς ἐβασίλευσεν· εἴρηκεν οὖν αὐτῷ ὁ θεὸς, λέγων, ἐν τοῖς δεξιοῖς καθέζου. τουτ᾽ ἔστι, μὴ ἐκκλίνῃς δεξιᾷ ἢ ἀριστερᾷ ἀπὸ τῶν δεξιῶν παραγγελμάτων τοῦ νόμου, ἀλλὰ τήρει τὸν νόμον· κἀγὼ ὑποτάξω πάντα τὰ ἔθνη, καὶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου ποιήσω· λέγεται γὰρ ὅπλα πολέμων δικαιοσύνης, καὶ φυλακὴ ἐν τῷ λαῷ.

Τούτων * πασῶν ῥηθεισῶν μεταξὺ τοῦ ἁγιω- πάντων ῥηθέντων.

τάτου Ἀρχιεπισκόπου, καὶ Ερβᾶν τοῦ νομοδι-
δασκάλου, παρόντος τε τοῦ εὐσεβεστάτου βασι-
λέως, τε τινῶν ἐπισκόπων, τε τοῦ πλήθους τῶν
Ἰουδαίων, τε πάσης τῆς πόλεως, ἡ ἀμφιβολία
λύσιν οὐκ ἔσχεν· ἑσπέρα γὰρ καταλαβοῦσα ἔκο-
ψεν αὐτῶν τὴν δίκην. Ἔχαιρον δὲ οἱ Ἰουδαῖοι
ἐπὶ τῷ Ερβᾶν, ὅτι ὅλως ἠντάρκησε εἶναι μετὰ
τοῦ Ἀρχιεπισκόπου ἐν λέξεσιν, τε κατεφίλουν
αὐτὸν ἅπαντες εὐμενῶς. Ὁ δὲ Ερβᾶν εἶπεν αὐ-
τοῖς, Εὐξώμεθα μᾶλλον, ἀδελφοὶ, ὅπως βοη-
θήσῃ ἡμῖν ὁ θεὸς τοῦ νόμου, ὅτι, ὡς ὁρᾶτε, ὁ
Ἀρχιεπίσκοπος πολυμήχανος ἄνθρωπός ἐστιν
ἐν ταῖς γραφαῖς, καὶ βία τίς ἐστιν οὐ μικρὰ,
ἵνα πείσωμεν αὐτόν. ὑμεῖς οἴδατε, ὅτι ὑπὲρ
ἡμᾶς ἐπίσταται τὰ ἡμῶν· οἱ δὲ ἐθαρσοποίουν
αὐτὸν μὴ φοβεῖσθαι.

Τῇ ἐπαύριον πάλιν ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς
κροτηθῆναι συνέδριον· καὶ ἑτοιμασίας λοιπὸν
γινομένης, καὶ προκαθησάντων τοῦ βασιλέως
τε τοῦ Ἀρχιεπισκόπου, ἦλθον οἱ Ἰουδαῖοι, εἶθ'
ἴσ. σιγὴν οὕτως προέστησαν Ερβᾶν. Καὶ * προστάξας ὁ
ϖ. ἅγιος, ἔφη. Ὁ ἅγιος. Χθὲς εἶπας ὅτι Μωϋ-

σῆς

ctiſſimum Archiepiſcopum, & Herbanum legis doctorem, præſente etiam pietate illuſtriſſimo Rege, & quibuſdam Epiſcopis, & multitudine Iudæorum, atque vniuerſa ciuitate, nec dubitatio ſolutionem ſiue exitum habuit. Nam flexus in veſperam dies, ipſorum diſſertationem & cauſæ iudicium intercidit. Gaudebant autem Iudæi ſuper Herbano, quòd hic cõtra Archiepiſcopum in diſputatione ſtare integrè & fortiter potuiſſet, nec defeciſſet: atque omnes ipſum deoſculabantur, & magna beneuolentia proſequebantur. Herbanus autem ipſis dixit: Imò verò, fratres, Deum legis, vt nobis adſit & opituletur, precemur: quia, ſicut videtis, Archiepiſcopus eſt homo valde ſolers, & diſputator in ſacris Scripturis ſubtiliter exercitatus: & vis quædam eſt nõ parua, vt ei fidẽ faciamus. Vos ſcitis, quòd ſupra nos noſtra dogmata ſcit & intelligit: Iudæi verò ipſum cõfirmabant, & animi præſentiam huic addebant, ne metu labaſceret.

Congreſſus ſecundi diei iterum de diuinitate Chriſti & humanitate & de eius paſſione & morte.

Craſtino rurſus die Rex cõſeſſum & diſputationem cum applauſu iuſſit inſtaurari. Cæterum eadem alacritate Rege in primo loco ſedente & Archiepiſcopo, aduenerunt Iudæi, deinde Herbanum conſtituerunt. Ac ſanctus Archiepiſcopus,* ait. S. ARCH. Heri dixiſti,

* *indicto ſilentio.*

fuit Deus legis? Nihil tibi ad hæc, ô ſtulte, Nam meus Dominus, & veſtræ legis Dominus eſt, & nouæ gratiæ Deus & Rex. Dicit enim Abacuc, *Deus à Thaman veniet, & ſanctus de monte obumbratæ denſitatis.* HERBAN. Thaman, quid ſignificat? & mons [Pharan] obumbratus quid iudicat? SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Thaman quidem cum è ſupernis venire declarat, nempe è cœlo, id eſt ab ortu: veritas autem demonſtrat, quòd è virginali corpore Propheta affirmat ipſum habiturum eſſe humanitatem, quemadmodum euenit, & ex ſancta Domina noſtra Dei genitrice, ſemperque virgine Maria. Mons verò obumbratus, ipſa eſt Virgo, ex qua prodiit ineffabiliter carne indutus. Montem autem, ipſam dicit, eo quòd, vt in montem Sina, ſic in ipſam deſcendit Deus, & obumbrauit: vel propter virginitatis imperuium acceſſum (ſiquidem montium denſitas acceſſu eſt perdifficilis) vel potius omninò inuia. Obumbratam autem ipſam indicat, propterea quòd in ipſa ſimul cùm virtutum multitudine, virginitatis

Ibid. Variã huius vaticinij interpretationem vide lib. 18. c. 32. D. Auguſt. de Ciu. D.

Alij interpretati ſunt ab Auſtro vel ab Africo per quod ſignificatur Meridies, id eſt feruor charitatis, & ſplendor veritatis. D. Auguſt.

Ibid. Mõtem vmbroſum atque condenſum quamuis multis modis intelligi poſſit D. Auguſt. ibid. accipit ſcripturarum altitudinem diuinarum, quibus prophetatus eſt Chriſtus.

ἐχρημάτιζε θεὸς τοῦ νόμου; μηδέν σοι πρὸς ταῦτα,* μαύζηρε. Ὁ γὰρ ἐμὸς κύριος, καὶ τοῦ καθ' ὑμᾶς νόμου κύριός ἐστι, καὶ τῆς νέας χάριτος θεὸς καὶ βασιλεύς. λέγει γὰρ ὁ Ἀββακοὺμ, Ὁ θεὸς ἀπὸ Θαιμὰν ἥξει, καὶ ὁ ἅγιος ἐξ ὄρους κατασκίου δασέως. Ἑβραῖ. Τὸ Θαιμὰν, τί δηλοῖ; τό, τε ὄρος τὸ κατάσκιον, τί διαγορεύει; Καὶ ὁ ἅγιος. Τὸ μὲν Θαιμὰν, ἐκ τῶν ἄνω δηλοῖ αὐτὸν ἥκειν, ἤτοι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, τουτέστι, τῆς ἀνατολῆς. ἡ δὲ ἀλήθεια δείκνυσιν, ὅτι ἐκ τοῦ παρθενικοῦ σώματος φάσκει αὐτὸν ἕξειν τὴν ἐνανθρώπησιν, καθὼς καὶ παρεγένετο, καὶ ἐκ τῆς ἁγίας δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. ὄρος γὰρ κατάσκιον, αὕτη ἡ παρθένος ἐστὶν, ἐξ ἧς καὶ προῆλθεν ἀφράστως σαρκωθείς. ὄρος γὰρ αὐτὴν λέγει, διὰ τὸ, ὡς ἐν τῷ Σινᾶ ὄρει, παραπλησίως καταβεβηκέναι ἐν αὐτῇ τὸν θεὸν, καὶ κατασκηνῶσαι, εἴτε καὶ διὰ τὸ ἀδιάφθορον τῆς παρθενίας· ἐπειδὴ τὸ δάσος τῶν ὀρέων δύσβατόν ἐστιν, ἢ καὶ παντελῶς ἀδιόδευτον. κατάσκιον δὲ αὐτὴν ἐμφαίνει, διὰ τὸ συσκιάζειν ἐν αὐτῇ τῷ πλήθει τῶν ἀρετῶν τὸ

* ἴσ. μαυρέ.

μυστήριον τῆς αὐτῆς παρθενίας· πρὸς δὲ μὴ διαγινώσκεσθαι τοίῳ τρόπῳ γεγέννηκεν αὐτή. παρθένος γὰρ ἔτεκε, καὶ μετὰ τόκον παρθένος σῶα πάλιν διέμεινεν. Ερβαν. Οὐ περὶ Χριστοῦ τοῦτό φησι, ἀλλ' οὔτε περὶ ἧς αὐτὸς ἀπηριθμήσω παρθένου, ἀλλά γε περὶ τοῦ θεοῦ τοῦ νόμου, τοῦ ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ τῷ Μωϋσῇ κατεμφανισθέντος. εἰ γὰρ οὕτως ἦν, ἔδει αὐτὸν εἰπεῖν, Ο Χριστὸς ἀπὸ Θαιμὰν ἥξει, καὶ οὐχὶ ὁ θεός. Θαιμὰν δὲ ἡμεῖς τὸν τόπον, ὅθεν ἀναπνεῖ ὁ νότος, προσαγορεύομεν. Καὶ ὁ ἅγιος. Θαιμὰν δὲ ἡμεῖς, ὅθεν προσκυνοῦμεν, τοῦτο προσαγορεύομεν. κατὰ ἀνατολὰς γὰρ ἐδιδάχθημεν προσεύχεσθαι, διότι ἐκεῖ εὑρίσκομεν τὸν θεὸν πλάσαντα τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὸν παράδεισον ποιήσαντα. πρόδηλον οὖν, ὅτι κἀκεῖνος ὁ τὰ πάντα πληρῶν, τοῖς ἐκεῖσε ἐναυλίζεται. καὶ ὑμεῖς ὅθεν προσκυνεῖτε, Θαιμὰν τοῦτο προσαγορεύετε. ἐπὶ τὴν δύσιν γὰρ ὑμεῖς προσκυνεῖτε, καὶ οὐδὲν ἀμφίβολον περὶ τούτου. ἀνοίας γὰρ τὰ ῥήματα πέπληστο, ἃ σὺ παρεισάγεις, μὴ καλῶς γινώσκων τὰς προφητείας.

Ο θεός,

virginitatis ipſius myſterium obumbrat: adde quòd neſcitur quomodo hæc genuit. Virgo enim peperit, & poſt partum, Virgo ſalua & integra permanſit. HERBANVS. Non de Chriſto hoc dicit, neque de ea quàm annumeraſti virgine, ſed potiùs de Deo Legis, qui in monte Sina Moſi apparuit. Si enim ita eſſet, oportebat ipſum dicere, Chriſtus è Thaman veniet, & non Deus. Nos autem Thaman, locum vnde ſpirat Notus, ſiue Auſter, appellamus. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Nos verò Thaman, vnde adoramus, nuncupamus. Nam ad ſolis ortum orare edocti ſumus, quoniam illic Deum inuenimus, qui hominem formauit, & qui Paradiſum condidit. Perſpicuum igitur, quòd ille, qui omnia implet, in illis partibus inhabitat. Vos autem locum vnde adoratis, Thaman vocatis. Nam vos ad occaſum adoratis, neque hoc dubium & controuerſum eſt. Amentiæ quidem verba plena ſunt, quæ tu profers, haud rectè vaticinia ſiue Prophetias intelligens.

Chriſtiani ad ortũ ſolis ſpectantes: Iudæi verò ad Occaſum eum adorãt: Chriſtus verus ſol Oriens, lex Moſaïca velut Sol occiduus.

Abac. 5. *Deus* (dixit) *ex Thaman veniet, & ſanctus ex monte*. Quis eſt Deus ille, & quis ſanctus, expone, rogo. HERBANVS. Deus ipſe eſt, & ſanctus, duæ appellationes in re vna poſitæ ſunt. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Vtrum maius eſt, Deus, an ſanctus? HERBANVS. Deus quidem maius quàm ſanctus. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Vide quomodo imprudens laberis, neque dignoſcis. Nam paulò antè dixiſti, quòd Deus quiddam valentius eſt quàm Sanctus. In Deo igitur nomen paruum & magnum. HERBANVS. Tu verò mihi ediſſere & explica, quid ſibi vult caput. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Quòd veniet, ſed per corpus. Numen enim non locum è loco tranſit, ſicut corpora. Illud verò, Sanctus è monte, id eſt, humanitas cum Deitatis eſſentia veniet, ex impolluto vtero ſemper Virginis & Deiparæ Mariæ. Dicimus igitur, Deus, propter eſſentiam Deitatis, & Sanctus, propter humanam naturam: quandoquidem, ſicut ſuperiùs dixi, duplex erat Dominus meus Ieſus, & Deus, & homo. Dicit itaque idem Propheta ſuperiùs de ipſo:

Videtur aliquid eſſe prętermiſſum à ſcriba quòd licet coniicere ex ipſo exẽplari manuſcripto in margine cuius ſunt hæc verba, τὸ θεὸς μεῖζον ἢ τὸ ἅγιος.

Ο θεός, εἴρηκεν, ἀπὸ Θαιμὰν ἥξει, καὶ ὁ ἅγιος ἐξ ὄρους. Τίς ἐστιν ὁ θεός, καὶ τίς ἐστιν ἅγιος, διήγησαί μοι. Ερβαν. Θεὸς αὐτὸς ἐστὶ καὶ ἅγιος, δύο προσηγοριῶν κειμένων ἐν ἑνὶ πράγματι. Καὶ ὁ ἅγιος. Ποῖον ἐστὶ μεῖζον, τὸ θεός, ἢ τὸ ἅγιος; Ερβαν. Τὸ θεὸς μεῖζον ἢ τὸ ἅγιος. Καὶ ὁ ἅγιος. Βλέπε πῶς ἐμπίπτεις, καὶ οὐ διαγινώσκεις. ἀνωτέρω γὰρ εἴρηκας, ὅτι τὸ θεὸς τοῦ ἅγιος ἐπικρατέστερον πέφυκεν. ἔστιν οὖν ἐν τῷ θεῷ ὄνομα μικρὸν ἢ μέγα. Ερβαν. Καὶ διήγησαί μοι αὐτός, τί δηλοῖ τὸ κεφάλαιον. Καὶ ὁ ἅγιος. Ὅτι ἥξει, ἀλλὰ διὰ σώματος. τὸ γὰρ θεῖον οὐ μεταβαίνει τόπον ἐκ τόπου, ὡς τὰ σώματα· τὸ δὲ καὶ ὁ ἅγιος ἐξ ὄρους, τουτέστιν ἡ ἀνθρωπότης, ἥξει μετὰ τῆς οὐσίας τῆς θεότητος, ἐκ τῆς ἀμιάντου κοιλίας, τῆς ἀειπαρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας. λεγόμενον οὖν τό, ὁ θεός, διὰ τὴν οὐσίαν τῆς θεότητος, τὸ δέ, καὶ ὁ ἅγιος, διὰ τὴν οὐσίαν τῆς ἀνθρωπότητος, ἐπειδὴ καθὼς ἀνωτέρω λελάληκα, διπλοῦς ἦν ὁ κύριός μου Ἰησοῦς, θεός τε καὶ ἄνθρωπος. λέγει γὰρ ὁ αὐτὸς προφήτης ἀνωτέρω περὶ

αὐτοῦ, Ἐν μέσῳ δύο ζώων γνωσθήσῃ· τουτέστι, χ. ἐν ἐκ. ἀναμεταξὺ τῶν δύο οὐσιῶν, καὶ τῶν * ἐνεκατέρων φύσεων, εἷς καὶ αὐτὸς τοῦ θεοῦ λόγος ὁ ἐνυπόστατος ἐπιγνωσθήσῃ. Καὶ ὅτι ἥξει, καὶ οὐ χρονιεῖ, φησὶ, ἐν τῷ ἐγγίζειν τὰ ἔτη ἐπιγνωσθήσῃ, ἐν τῷ παρεῖναι τὸν καιρὸν ἀναδειχθήσῃ. Ἑβραῖ. Συνετῶς μὲν ἀποκρίνῃ· πλὴν, ἀκουόμεθα διὰ παντὸς ἡμεῖς οἱ Ἰουδαῖοι τοῦ καταλιπεῖν τὴν πατρῴαν πίστιν, καὶ προσελθεῖν τὴν νεαράν· οἶνος γὰρ παλαιὸς κρείττων ὑπὲρ τὸν νέον. Καὶ ὁ ἅγιος. Οἶνος παλαιὸς ὁ νόμος ὑμῶν ἐστιν, ἀλλ' ὀξώσας λοιπὸν κατηχρείωται· πλὴν οἶδα ὅτι κάλυμμα διὰ παντὸς κεῖται ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, καὶ οὐκ ἐᾷ ὑμᾶς ἀναβλέψαι πρὸς τὴν δέουσαν ἀλήθειαν, καὶ ἀκοῦσαι τοὺς λόγους τῆς ζωῆς καὶ τῆς πίστεως τῆς ὄντως καὶ ἀξίως πιστεύειν. ὅμως μέχρι δικαίως ἀπειπὼν τὰ πρὸς ὑμᾶς ὁ προφήτης λελάληκεν, Κύριε ἀπὸ ὀλίγων ἀπὸ γῆς διαμέρισον αὐτοὺς ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν. κατάστησον κύριε νομοθέτην ἐπ' αὐτοὺς, γνώτωσαν ἔθνη ὅτι ἄνθρωποί εἰσιν. Ἑβραῖ. Περὶ ἄλλης τινὸς ὑποθέσεως εἴρηκεν ὁ προφήτης

ipſò: *In medio duorum animalium cognoſceris*: id eſt, in medio duarum eſſentiarum, & vtrarumque naturarum, vnus & idem Dei filius ſubſiſtens cognoſcêris. Et quòd veniet, & non tardabit, ait: *Dum appropinquant anni, cognoſceris: dum tempus pertranſit, demonſtraberis.* HERBANVS. Sapienter quidem reſpondes. Verumenimuerò nos auitam illam & patriam fidem deſerere, & ad nouam accedere, ſemper dolemus, & vehementer angimur: Vinum enim vetus nouo melius eſt. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Vinum vetus lex veſtra eſt, ſed vappidum & aceſcens inutile euaſit. Verùm hoc ſcio, quòd velum ſemper cordibus veſtris obtenditur, quod non ſinit vos ad eam quam oportet veritatem annuere, [eamque amplecti & approbare] & verba vitæ ac veræ fidei audire, & dignè credere. Attamen Propheta veſtra iure abdicans ac renuntians, dixit: *Domine, à paucis de terra diuide eos in vita eorum. Constitue Domine legiſlatorem ſuper eos, ſciant gentes quoniam homines ſunt.* HERBANVS. De alia quadam hypotheſi dixit Pro-

Abac. 3. in Græco, non in vulgari editione Latina.

Quod antiquatur & ſeneſcit, in propinquo eſt vt euaneſcat. Hebr. 8.

Hoc velum adumbratur per velamen quod vſque in hodiernum diem in lectione veteris Teſtamenti manet, nec tollitur quod per Chriſtum aboletur. hoc idē Iudæorum cordibus obtentum eſt. 2. Cor. 3.

Pſal. 16.

Pſal. 9.

pheta, quoniam de nobis idem dicit: *Libera*
Pſal. 24. *Deus Iſraëlem ex omnibus tribulationibus ſuis*.
Pſal. 14. Deinde: *Lauda, Ieruſalem, Dominum, lauda Deum tuum, Sion. Quoniam roborauit vectes portarum tuarum, & benedixit filiis tuis in te.*
Eſa. 45. Atque Eſaias: *Iſraël* (inquit) *ſeruabitur à Domino*. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Illud, *à paucis à terra diuide eos*, hoc declarat, nimirum veſtram diſperſionem è terra Promiſſionis in omnes gentes breui factam. Hoc verò, *Conſtitue Domine legiſlatorem ſuper eos*, &c. de Seruatore noſtro Ieſu Chriſto Propheta vaticinatus eſt. Ipſum enim Deus pater conſtituit legiſlatorem in Gentes, dum vos increduli diffiditis, non bene & præclarè ciuitatem veſtram adminiſtrare. Quòd autem dixit Propheta, *Libera Deus Iſraëlem*, &c. nihil mirum neque inopinatum. Nam pro gente ſua inuocabat Dominum: ſiquidem nos Chriſtiani, vt par eſt, Deum timentes, quotidie preces ad Deum pro vobis fundimus, vt quod vobis vtile eſt & ſalutare, cogno-
Pſal. 147. ſcatis. Atque illud, *Lauda, Ieruſalem*,

Dominum

φήτης, ἐπεὶ περὶ ὑμῶν ὁ αὐτὸς λέγει, λύτρωσαι ὁ θεὸς τὸν Ισραὴλ ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων αὐτοῦ. Καὶ ἔπειτα, Επαίνει Ιερουσαλὴμ τὸν κύριον, αἴνει τὸν θεόν σου, Σιών, ὅτι ἐνίσχυσε τοὺς μοχλοὺς τῶν πυλῶν σου. εὐλόγησαι τοὺς υἱούς σου ἐν σοί. Καὶ ὁ Ησαίας, ὁ Ισραὴλ, φησί, σωθήσεται ὑπὸ Κυρίου. Καὶ ὁ ἅγιος. Τὸ, ἀπὸ ὀλίγων ἀπὸ γῆς διαμέρισον αὐτούς, τοῦτο δηλοῖ, τὸν διασκορπισμὸν ὑμῶν, τὸν ἀπὸ τῆς γῆς τῆς ἐπαγγελίας εἰς πάντα τὰ ἔθνη κατ' ὀλίγον γεγονότα. Τὸ δὲ, κατάστησον κύριε νομοθέτην ἐπ' αὐτούς· καὶ ἑξῆς· περὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ, τοῦτο ὁ προφήτης ᾐνίξατο. αὐτὸν γὰρ κατέστησεν ὁ πατὴρ ἐν τῷ ἀπειθεῖν ὑμᾶς * μὴ καλῶς πολιτεύεσθαι, νομοθέτην ἐπὶ τὰ ἔθνη. Οτι δὲ εἴρηκεν ὁ προφήτης, λύτρωσαι ὁ θεὸς τὸν Ισραὴλ· καὶ τὸ ἑξῆς· οὐδὲν παράδοξον. ὑπὸ γὰρ τοῦ ἰδίου ἔθνους παρεκάλει τὸν κύριον. ἡμεῖς δὲ οἱ Χριστιανοὶ ὡς εἰκὸς, τὸν θεὸν φοβούμενοι, καθ' ἑκάστην ὑπὲρ ὑμῶν προσευχόμεθα, ἵνα ἐπιγνῶτε τὸ συμφέρον. Τὸ, Επαίνει Ιερουσαλὴμ

γρ. καὶ μὴ

τὸν κύριον, καὶ τὸ ἑξῆς, καὶ τοῦτο ἀληθές ἐστι.,
περὶ γὰρ τοῦ γίνεσθαι τὸν Χριστιανισμὸν, ἥρμοζε
τὸ ῥῆμα, καὶ οὐδ' αὐτὸς ἀντιλέγω. καὶ γὰρ
περὶ τοῦ παραγίνεσθαι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ εἰς τὸν
κόσμον τὸν κύριον, κἀγὼ εἶπον ἡμῖν, Ιουδαῖος
ἂν ἐρχομένην. Καὶ γὰρ τοῖς καιροῖς ἐκείνοις ἐν
τῷ νόμῳ τοῦ Ισραὴλ μόνον ἐχρημάτιζεν ἡ
σωτηρία. Οτι δὲ εἴρηκας, κρείσσων ὁ παλαιὸς
οἶνος παρὰ τὸν νέον, πεπλήρωται ὁ παλαιὸς
οἶνος ἐκεῖνος· καὶ οὐδὲν κατελείφθη ἐν τοῖς πί-
θοις ὑμῶν, πλὴν ὁ τρυγίας, κατὰ τὸν προφή-
την. λέγει γὰρ, Ποτήριον ἐν χειρὶ κυρίου, οἴνου
ἀκράτου πλῆρες κεράσματος· καὶ ἔκλινεν ἐκ
τούτου εἰς τοῦτο. ἐκ παλαιοῦ νόμου ἔκλινεν ὁ
θεὸς ἐπὶ τὸν νέον, τῇ ἀποπληρώσει τῶν μελιῤῥή-
των ῥήσεων τῶν θείων προφητῶν καὶ τῶν νοη-
μάτων. καὶ οὐδὲν πλέον ἐν τῇ παλαιᾷ, κε-
νωθείσης αὐτῆς εἰς τὴν νέαν, ἀπέμεινεν ἡμῖν,
πλὴν ὁ τρυγίας, τουτέστιν, αἱ πληρωθεῖσαι γρα-
φαὶ, τὸ λοιπὸν διακενεῖς. Ερβαν. Σὺ παντε-
λῶς ἐκμυεῖς τὰ τοῦ Ισραὴλ, καὶ τὰ σὰ προσ-
οικειοῖς διὰ τοῦ ἐσταυρωμένου τῷ παντοκρά-

τορι

Dominum, &c. & hoc verum eſt. Antequàm enim eſſet Chriſtianiſmus, hoc verbum congruebat; neque ipſe inficior. Et priuſquàm è cœlo in mũdum Dominus deueniſſet, & egó ſi fuiſſem, Iudæus fuiſſem. Nam temporibus illis tantummodò in lege Iſraëlis erat ſalus. Quod autem dixiſti, vinum vetus nouo melius eſſe, illud vetus vinum expletum eſt & exhauſtum, nihilque relictum eſt in doliis veſtris, præter fæcem, quemadmodum teſtatur Propheta. Dicit enim: *Quia calix in manu Domini, vini meri plenus mixto: & inclinauit ex hoc in hoc.* E vetere lege inclinauit Deùs in nouam, repletione mellifluorum verborum diuinorum Prophetarum & intelligentiarum. Et nihil ampliùs in vetere lege, cùm ſit euacuata in nouam, vobis remanſit præter fæcem: id eſt, adimpletæ ſcripturæ, in poſterum ſunt ſuperuacaneæ & inutiles.

HERBANVS. Tu omninò quæ ſunt Iſraëlis, excludis, & tua per crucifixum Deo omni-

Quia ſalus ex Iudæis, Ioan. 4.

Pſal. 74.

Figuras & ceremonias intelligit, quæ exoleuerunt illuceſcente rerum adumbratarũ veritate. Erant enim æternorũ & cœleſtiũ imagines.

Pſal. 91.

potenti accommodatè applicas, neſciens verbum Domini quod altè clamat, *Quia non repellet Dominus plebem ſuam, & hæreditatem ſuam non derelinquet.* SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Et reliquum periochæ verſus quomodo non legiſti? Quòd enim Dominus non repellet populum ſuum, meliùs noui quàm tu: & quòd hæreditatem ſuam non derelinquet, certò ſcio: ſed quouſque, dic. Qui enim præcedit verſus hanc locutionem, præſcripti temporis definitionem complexus eſt, dum dicit, *Quouſque.* Quoad vſque iuſtitia cõuertatur in iudicium ſpiritale. Chriſtianiſmum dico. Cùm venit Chriſtus meus & Dominus, hic enim eſt vera iuſtitia. Conuertet autem obedientes. hi enim ſunt, qui ipſam nouam gratiam conſequuntur, & qui ſunt recti corde, quique ſiue ex Iudæis, ſiue ex gentibus, in ipſum crediderunt. De vobis autem peruicacibus & incredulis Iudæis dicit idem Propheta: *Quis exurget aduerſus malignè agentes, aut quis ſtabit mecum aduerſus operantes iniquitatem?* Surrexit omninò, quod perſpicuum eſt, in extremis temporibus Veſpaſianus

Non repulit Deus populum ſuum quem præſciuit.

Non præcedit ſed continuò ſequitur.

Ibid.

πει, καὶ μὴ ἐπιςάμθμος ὃ ῥῆμα τοῦ κυρίου ὃ κεραυγάζον, Ὅτι οὐκ ἀπώσεται κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ οὐκ ἐγκαταλείψει. Καὶ ὁ ἅγιος. Καὶ ὃ ἑξῆς τοῦ στίχου τῆς περιοχῆς, πῶς οὐκ ἀνέγνως; Ὅτι μὲν γὰρ οὐκ ἀπώσεται κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ, οἶδα ἢ σύ, Καὶ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ οὐκ ἐγκαταλείψει, σαφῶς ἐπίσαμαι· πλὴν, ἕως πότε, λέξον. ὁ γὰρ ἔμπροσθεν τῆς λέξεως ταύτης στίχος, διωρισμὸν προθεσμίας ἐπικέκτηται, ἕως πότε φάσκων· ἕως οὗ δικαιοσύνη ἐπιςρέψῃ εἰς κρίσιν πνδυματικήν. τὸν Χριστιανισμὸν φημί. ἐλθὼν ὁ Χριςός μου καὶ κύριος, οὗτος ἐςὶν ἡ ἀληθὴς δικαιοσύνη. ἐπιςρέψει δὲ τοὺς ὑπηκόους. οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ ἐχόμδμοι αὐτῆς τῆς νέας χάριτος, οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ, οἵτε ἀπὸ τῶν Ιουδαίων, καὶ οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν πεπιςευκότες εἰς αὐτόν. Περὶ δὲ ὑμῶν τῶν ἀπίςων Ιουδαίων, λέγει ὁ αὐτὸς προφήτης, Τίς ἀναςήσεται ἐπὶ πονηρευομδμοις, ἢ τίς συμπαραςήσεται ἐπὶ τοὺς ἐργαζομδμους τὴν ἀνομίαν; ἀνέςη δὲ πάντως πρόδηλον ἐπ' ἐσχάτων Οὐ εαπα-

σιανὸς καὶ Τίτος, καὶ τὴν προφητείαν, καὶ ἠφάνισεν αὐτοὺς. Καὶ ὃ τηνικαῦτα ὀδυνώμενοι, ἐλέγετε, καθὼς Ησαΐας προεφήτευσε, Νῦν τὴν κρίσιν μου, εἰπὼν, ἦρε Κύριος, καὶ ἀπέστη ἀπ' ἐμοῦ, καὶ τοῖς ὀδοῦσιν ἀλλότριοι καθεσθίουσιν ἡμᾶς. καὶ μάλα εἰκότως. Ερβαν. Πάλιν ἀναστησόμεθα ἡμεῖς οἱ Ισραηλῖται, καὶ ἡ πόλις ἡμῶν οἰκοδομηθήσεται, καὶ ἡμεῖς οἱ Χριστὸν κηρύττοντες αἰσχυνθήσεσθε· γέγραπται γὰρ ἡμῖν παρὰ κυρίου, Οτι οἰκοδομῶν Ιερουσαλὴμ ὁ Κύριος, τὰς διασποράς τοῦ Ισραὴλ ἐπισυνάξει· ὁ ἰώμενος τοὺς συντετριμμένους τῇ καρδίᾳ, καὶ δεσμεύων τὰ συντρίμματα αὐτῶν. κἂν οὖν ἐν πρώτοις, καὶ ἐπὶ τέλει, τὸ ῥῆμα τοῦτο πληρωθήσεται, καὶ τί ἐμοὶ καὶ σοὶ τὸ λοιπὸν Αρχιεπίσκοπε; Καὶ ὁ ἅγιος. Εαὶ μίαν ᾠκοδομήθητε, καὶ εἰς μίαν συνήχθητε, τί σοι μᾶλλον εἴπερ ἐμοί; Οὐ Ναβουχοδονόσωρ ἠχμαλώτευσε τὴν Ιερουσαλὴμ, καὶ ἀπῆρε τὸν λαὸν αὐτῆς, καὶ ταύτην κατέστρεψεν; οὐ μετὰ ταῦτα σπλαγχνισθεὶς ὁ Κύριος αὐτὴν ᾠκοδόμησεν, καὶ ὑμᾶς διασπαρέντας ἐπισυνήγαγεν.

οὐ πα-

ſianus & Titus, ſecundum Prophetiam, & ipſos aboleuit: & tunc dolore cruciati dicebatis, quemadmodum Eſaias vaticinatus eſt: *Nunc iudicium* (inquit) *tulit Dominus, & à me receßit, & dentibus alieni comedunt nos*, & quidem meritò. HERBANVS. Nos rurſus Iſraëlitæ reſurgemus, & ciuitas noſtra inſtaurabitur, & vos qui Chriſtum prædicatis, erubeſcetis. Scriptum eſt enim nobis à Domino, *Quòd ædificans Hieruſalem Dominus, diſperſiones Iſraëlis congregabit: Qui ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum.* Siue quamprimùm, ſiue longè pòſt ad extremum, hoc verbum adimplebitur, quid tibi & mihi, ô Archiepiſcope? SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Si vnam [ciuitatem] ædificaſſetis, atque in vnam cuncti reducti eſſetis, quid tibi magis quàm mihi? Non Nabuchodonoſor Hieruſalem captam in ſeruitutem redegit, & populum eius abſtulit, & hanc euertit? Non poſtea miſertus Dominus hanc reædificauit, & vos diſperſos in vnum coëgit?

Iudæi, quia Chriſtũ occiderunt, & in eum credere noluerunt, vaſtati infelicius à Romanis, funditúſque à ſuo regno, vbi iam alienigenæ dominabantur, eradicati ſunt diſperſíque in terras. D. Auguſt. lib. 18. c. 46. de C. Dei.

Pſal. 146.

4. Reg. 24. & 25.

Septuageſimo anno poſt captiuitatem Iudaicam, dirutúmque templũ, po

pulus in antiquas ſedes remigrauit. Vide quæ annotauit Lod. Viues in lib. 18. c. 26. D. Aug. de C. D.

Iudæorum multiplex captiuitas, Ægyptiaca, Babylonica, Antiochena, Romana, Gregor. Nazianz. in ſanct. Pent. & in orat. de Pace.

Non etiam temporibus Ieremiæ & Baruchi Prophetarum, ciuitas veſtra hoſtibus tradita eſt, direpta, & funditùs diruta: rurſuſque clementia & benignitate digna exiſtimata, fuit inſtaurata? Tandem, ne ſæpè eius pericula referam, à Romanis funditùs deleta periit. Quid adhuc igitur deſidens expectas vt Prophetia adimpleatur, quæ iam bis & ter fuit adimpleta, neque quicquam amplius firmum habet? Audi igitur affirmationem, quam Deus de vobis in vniuerſum protulit, vt accuratè certóque cognoſcas, Deum vos è corde ſuo repuliſſe. Videns enim, ſcienſque veſtra ad ipſum ſacrificia nihil in poſterum profutura, ſermonem contrahendo dixit: *Non congregabo conuenticula eorum de ſanguinibus, neque recordabor nominum ipſorum per labia mea.* De hæreditate quæ ad eum pertinet, dixit ipſi Deo vnigenitus eius filius: *Tu es qui reſtitues hæreditatem meam mihi.* Vides igitur, ô Herbane, quomodo ex ipſo corde vos odit Deus, & contra vos, & omnes veſtras Synagogas pronuntiauit, *Non congregabo conuen-*

Pſal. 15.

Iudæorum reprobatio propter chriſtum contẽptum & abnegatum.

Ibid.

ticula

οὐ παρεδόθη ἡ πόλις ἐπὶ Ἱερεμίου καὶ Βαρούχ τῶν προφητῶν τοῖς ὑπεναντίοις, καὶ κατεσκάφη, καὶ πάλιν φιλανθρωπίας ἀξιωθεῖσα ᾠκοδομήθη; Καὶ τὸ τελευταῖον, ἵνα μὴ τοὺς πολλὰ λέγω κινδύνους αὐτῆς, ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ὄλωλε διὰ παντός. Τί οὖν τὸ λοιπὸν παρακαθήμενος ἀναμένεις προφητείαν πληρωθεῖσαν ἢ δὶς καὶ τρὶς, ἢ μηδὲν τὸ λοιπὸν βεβαίαν ἔχουσαν; Οὐκοῦν ἄκουσον τὴν ἀπόφασιν, ἣν εἶπεν ὁ θεὸς καθολικῶς περὶ ὑμῶν, ἵνα ἐπιγνώσῃ ἀκριβῶς, ὅτι ἀπὸ καρδίας αὐτοῦ ἀπώσατο ὑμᾶς ὁ θεός. Ἰδὼν γὰρ ὅτι οὐκ ὠφελήσεται τὸ λοιπὸν τὰ πρὸς αὐτὸν, συνελὼν εἴρηκεν, Οὐ μὴ συναγάγω τὰς συναγωγὰς αὐτῶν ἐξ αἱμάτων, οὐδ' οὐ μὴ μνησθῶ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν διὰ χειλέων μου. περὶ δὲ τῆς ἐπομένης αὐτοῦ κληρονομίας, εἶπεν αὐτῷ, τῷ θεῷ ὁ μονογενὴς υἱὸς αὐτοῦ, Σὺ εἶ ὁ ἀποκαθιστῶν τὴν κληρονομίαν μου ἐμοί. Βλέπεις οὖν, ὦ Ερβαν, πῶς ἀπ' αὐτῆς τῆς καρδίας μεμίσηκεν ὑμᾶς ὁ θεὸς, καὶ ἀπεφήνατο* καὶ κατὰ πασῶν τῶν συναγωγῶν ὑμῶν, Οὐ μὴ συναγάγω τὰς συνα-

γρ. ἐκλείπει, καθ' ὑμῶν, ἢ τὸ μόριον, καὶ παρέλκει.

γωγαὶ ὑμῶν ἐξ αἱμάτων, οὐδ' οὐ μὴ μνησθῶ
τῶν ὀνομάτων αὐτῶν διὰ χειλέων μου. ἐπεὶ
οὖν οὐδὲ διὰ χειλέων βούλεται μεμνῆσθαι
ὑμᾶς ὁ θεός, υἱός ἐστὲ τοῦ λοιποῦ ἄξιοι, σκο-
τεινοὶ, καὶ τυφλοὶ, καὶ συμπεφυρμένοι ὑπάρχον-
ἰσ. ἰδὼν τες, καὶ ἀμνημόνευτοι; Ἐρβαῖ. Οὐκ * ἰδοὺ λέγει
ὁ προφήτης, Μακάριος οὗ ὁ θεὸς Ιακὼβ
βοηθὸς αὐτοῦ, ἡ ἐλπὶς αὐτοῦ ἐπὶ Κύριον τὸν
θεόν; οὐκ ἰδοὺ λέγει καὶ Μωσῆς, Ἀπολεῖσθε εἰ
μὴ νόμον εἰς βοήθειαν ἔχοντες; Καὶ περὶ ὑμῶν
τῶν ἐθνῶν ἐπήγαγε Δαβίδ, Ἀπολεῖσθε ἔθνη
ἐκ τῆς γῆς αὐτοῦ· καὶ πάλιν Μωσῆς, ὅτι ἔθνος
ἀπολωλεκὸς βουλήν ἐστι, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν αὐ-
τοῖς ἐπιστήμη. οὐκ ἰδοὺ Ησαΐας λέγει, Μὴ
εὐφρανθείητε πάντες οἱ ἀλλόφυλοι· συνετρί-
βη γὰρ ὁ ζυγὸς τοῦ παίοντος ἡμᾶς. ἐπεὶ οὖν
ἀπαγορεύθητε παρὰ τῶν προφητῶν, μάτην
καυχᾶσθε, κενὰ προσδοκῶντες. Καὶ ὁ ἅγιος.
Πρῶτον διαναγνῶθι τὰ εἰρημένα ἵνα δηλοῦ-
σιν, εἶθ' οὕτως ἡμῶν καταγίνωσκε. Καὶ γὰρ τό,
Μακάριος οὗ ὁ θεὸς Ιακὼβ, περὶ τοῦ πα-
τριάρχου Ιακὼβ εἴρηται. καὶ σὺ ἐρεῖς ὅτι ἡ

ἐλπὶς

ticula eorum de ſanguinibus, neque memor ero nominum ipſorum per labia mea. Quoniam igitur neque per labia vult veſtri meminiſſe Deus, quanam re amplius digni eſtis, obtenebrati, cæci, ſupra modum fermentati & immemorabiles? HERBANVS. Vide, nonne ait Propheta, *Beatus cuius Deus* Pſal. 145.
Iacob adiutor eius: Spes eius in Domino ipſius. Non etiam Moſes dicit: *Peribitis, niſi legem ad auxilium habueritis.* Et de vobis gentibus Deut. 8.
ſubiunxit Dauid, *Peribitis gentes de terra* Pſal. 9.
illius. Ac rurſus Moſes, *Quòd gens conſilium amiſit, nec in ipſis eſt ſcientia.* Nónne etiam Eſaias dicit: *Ne exultetis omnes alienigenæ.* Eſa. 14.
contritum enim eſt iugum cædentis nos. Quoniam igitur à Prophetis interdicti eſtis & abdicati, fruſtrà exultatis, inania & vana expectantes. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Primùm dignoſce ac diſcerne, dicta quænam declarant, deinde ita nos condemna. Nam illud, *Beatus cuius Deus Iacob*, de Patriarcha Iacob dictum eſt: & tu dicis, quòd

ſpes noſtra in Domino Deo eſt, ſicut ſignificat. Ego verò dico, erat olim, nunc autem amplius non eſt. Nam vobis ſpes periit, præſertim cùm ſpem illam præclaram quidem & diuinam, quam cœlitùs ad vos demiſit Deus, abnegaueritis. Quod autem ait, *Peribitis gentes de terra illius*, non de nobis hoc ſimpliciter enunciat, ſed potiùs de vobis Iudæis. Poſtquàm enim vobis data lege abuſi eſtis, & gentibus mixti fuiſtis, & ipſarum opera didiciſtis, vos etiam gentes, ô inſipiens, vocauit. Tu verò hoc mihi dicito, vtri è ſua terra perierunt, nos gentiles, an vos Iudæi? qui tranſgreſſores ac ſcelerati, impij, & Dei abnegatores, ſicut loqueris. Non in terra patrum veſtrorum hîc verſamur, vos autem nefarios perſequens Dominus Deus, è terra gentium exterminauit? quas gentes dixerat ſe vobis traditurum, vt eas exterminaretis, & in terra ipſarum habitaretis, neque tamen ipſas exterminaſtis, ſed cum ipſis commercium habuiſtis, & opera ipſarum didiciſtis. Vſqueadeo enim fuiſtis ærumnoſi & extorres, vt neque vnquam propriam terram poſſederitis.

Chriſtũ intelligit Deũ & hominẽ. Pſal. 9.

Ecce

ἐλπὶς ἡμῶν ἐπὶ Κύριον πέφυκε, καθὰ σημαίνει. ἐγὼ δὲ λέγω, τὴν τὸ παλαιόν, οὐκ ἔτι δὲ ἀρτίως. ἐλπὶς γὰρ ἤδη τὸ λοιπὸν ἀπόλωλεν ἐξ ὑμῶν, ἐπειδὴ ἠρνήσασθε τὴν ἐλπίδα καλήν τε καὶ θείαν, ἣν ἀπέστειλεν ὑμῖν ὁ θεὸς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Περὶ δὲ οὗ φάσκει, ὅτι ἀπολεῖσθε ἔθνη ἐκ τῆς γῆς αὐτοῦ, οὐ περὶ ἡμῶν λέγει τοῦτο ἁπλῶς, ἀλλὰ περὶ ὑμῶν μᾶλλον τῶν Ἰουδαίων. ἐπειδὴ γὰρ κακῶς ἐχρήσασθε τῷ δεδομένῳ ὑμῖν νόμῳ, καὶ ἐμίγητε τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐμάθετε τὰ ἔργα αὐτῶν, ἔθνη, ἀσεβεῖτε, καὶ ὑμᾶς ἐκάλεσε. Καὶ ἀπάγγειλον δή μοι τίς ἀπώλετο ἐκ τῆς γῆς αὐτοῦ, ἡμεῖς, ἢ ὑμεῖς· οἱ παραβάται καὶ ἀρνησόθεοι, καθὼς ὑπαγορεύεις. οὐκ ἰδοὺ ἐν τῇ γῇ τῶν πατέρων ὑμῶν τοῦ δεῦρο ἀναστρεφόμεθα, ὑμᾶς δὲ τοὺς παρανόμους διώκων ἐξεδίωξεν Κύριος ὁ θεὸς τῆς γῆς τῶν ἐθνῶν; ἅτινα εἶπεν ὑμῖν παραδώσειν, τοῦ ἐξολοθρεῦσαι, καὶ οἰκῆσαι ἐν τῇ γῇ αὐτῶν, καὶ οὐκ ἐξωλοθρεύσατε αὐτά, ἀλλ' ἐμίγητε αὐτοῖς, καὶ ἐμάθετε τὰ ἔργα αὐτῶν; τοσοῦτον γὰρ ἦτε ταλαίπωροι, ὅτι οὐδὲ ἰδίαν γῆν ἐκτήσασθε πώποτε.

Ἰδοὺ οὖν κατὰ τὸ εἰρημένον παρὰ Κυρίου, ὅτι εἶπε, Διασπερῶ αὐτοὺς, διεσπάρητε ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐστὲ εἰς ὀνειδισμὸν ἑαυτοῖς καὶ ἀπώλειαν. Περὶ δὲ ὧν λελάληκεν Ἡσαΐας, Μὴ ἀφεραθείησαν πάντες οἱ ἀλλόφυλοι, περὶ τῆς ἀπωλείας τῶν Ἀσσυρίων προφητεύων, τάδε ἠνίξατο. κατωτέρω γὰρ ἐμφαίνει περὶ αὐτοῦ, ὃν τρόπον γὰρ, φησὶ, βεβούλευμαι, οὕτω μενεῖ, τοῦ ἀπολέσαι με τοὺς Ἀσσυρίους ἀπὸ τῆς γῆς τῆς ἐμῆς, καὶ ἀπὸ τῶν ὀρέων μου, καὶ ἔσονται εἰς καταπάτημα. Τί οὖν σοι δοκεῖ πρὸς ταῦτα; Ερβαν. Πρὸς συρμολογίαν ἄνδρα τὶς ἱκανὸς χρήσασθαι ῥήμασιν; Οσα γὰρ ἂν ἐρωτῶμεν πρός σε, πάντα διαβάλλεις. τί οὖν ὁ προφήτης Ζαχαρίας λέγει ὡς ἐκ προσώπου Κυρίου; Ἰδοὺ ἐγὼ σώζω τὸν λαόν μου ἀπὸ γῆς ἀνατολῶν *, καὶ εἰσάξω * αὐτὸν [εἰς † τὴν γῆν αὐτοῦ,] καὶ * κατασκηνώσουσιν ἐν μέσῳ Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἔσονταί μοι εἰς λαὸν, κἀγὼ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς θεὸν ἐν ἀληθείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ. Καὶ μετά τινα· Καὶ * ἔσται ὃν τρόπον ἦτε ἐν κατάρᾳ ἐν τοῖς ἔθνεσιν οἶκος Ἰούδα

Ἐκ λείπει τάδε, καὶ ἀπὸ γῆς δυσμῶν. Hæc non ſunt in textu.
γ. αὐτοὺς
γ. κατασκηνώσω
κατάρᾳ abſq; partic. ἐν.
ἴσ. ἔσεσθε.

καὶ

Ecce igitur ſecundum quod à Domino: *Diſpergam* (inquit) *eos:* diſperſi eſtis inter omnes gentes, & eſtis in opprobrium ipſis & in interitũ. De quibus autem locutus eſt Eſaias, *Ne lætemini omnes alienigenæ*, de interitu Aſſyriorum vaticinans, hæc velamento quodam protulit. Paulò pòſt enim de ipſo oſtendit. *Quemadmodum* (inquit) *deliberaui, ſic permanebit: perdere nimirùm Aſſyrios è terra mea, & à montibus meis: & erunt in conculcationem.* Quid igitur tibi videtur ad hæc? HERBANVS. Aduerſus verborum funditatorem & blateronem, quis in reſpondendo ſatis idôneus eſſe queat? Quæcunque enim contra te dicimus, calumniaris omnia. Quid igitur Propheta Zacharias dicit tanquam è perſona Domini? *Ecce ego ſaluum facio populum meum à terra Orientali, & de terra occaſus ſolis, & adducam eos (in terram ſuam) & habitabunt in medio Hieruſalem: Et erunt mihi in populum, & ego ero ipſis in Deum in veritate & iuſtitia.* Et poſtea: *Et erit, ſicut eratis maledictio in gentibus, domus Iudæ,*

Ier. 9.

Eſa. 14.

Zach. 8.

Ibidem.

& domus Iſraël, ſic conſeruabo vos, & eritis benedictio. Confidite & præualete in manibus veſtris, eò quòd hæc dicit Dominus: Quemadmodum cogitaui malis vos affligere, cùm patres veſtri me ad iracundiam prouocaſſent, neque eos pœnituit: ſic ſtatui & cogitaui in his diebus Iſraëli benè facere in domo Iudæ. Confidite, hi ſunt ſermones Dei. Quid igitur dices ad hæc, ô Archiepiſcope? SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Re vera hæc Propheta vaticinatus eſt, & bis terque à gentibus reuocati eſtis, & Hieruſalem recepiſtis, & ad aliquod vſque tempus perdurantes in benedictionibus, deinde in direptionem & prædam traditi fuiſtis, & in depaſtionem atque in execrationem gentibus, qui grauiter peccaſtis. Non igitur paulò antè tibi enumeraui, quoties captiuus ductus eſt Iſraël, & quoties reuocati fuiſtis? Non amplius in ſeculum, nónne? niſi quando Satanas & Antichriſtus in mundum venerit. Nam reprobati eſtis, ac planè inutiles inuenti. Quòd vocâuit Deus gentes pro vobis, audi Eſaiam ſic

In vulg. ed. & non ſum miſertus. ſic conuerſus cogitaui in diebus iſtis vt benefaciam domui Iuda & Hieruſalem, &c.

In textu Prophetæ *hæc ſunt ergo verba quæ facietis, &c.*

Non Eſaias, ſed idem Zach. c. 8. editio vulgaris aliter habet.

καὶ οἶκος Ἰσραὴλ, οὕτω σώσω ὑμᾶς, καὶ ἔσεσθε * εἰς εὐλογίαν. θαρσεῖτε καὶ κατισχύετε ἐν ταῖς χερσὶν ὑμῶν, διότι τάδε λέγει Κύριος, *ὃν τρόπον διενοήθην τοῦ κακῶσαι ὑμᾶς ἐν τῷ παροργῆσαί με τοὺς πατέρας ὑμῶν, καὶ οὐ μετενόησαν*, οὕτω παρατέταγμαι καὶ διανενόημαι ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις, τοῦ καλῶς ποιῆσαι τὸν Ἰσραὴλ ἐν τῷ οἴκῳ Ἰούδα. θαρσεῖτε, οὗτοι οἱ λόγοι * τοῦ θεοῦ. τί οὖν ἐρεῖς πρὸς ταῦτα, ὦ Ἀρχιεπίσκοπε; Καὶ ὁ ἅγιος. Ἐν ἀληθείᾳ τοῦτο ὁ προφήτης ᾐνίξατο, καὶ δὶς καὶ τρὶς ἀνεκλήθητε ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀπελάβετε, καὶ μέχρι τινὸς ἐν εὐλογίαις διαρκέσαντες*, ἔπειτα εἰς διαρπαγὴν παρεδόθητε καὶ εἰς προνομὴν, εἰς κατάραν τοῖς ἔθνεσιν ἐξαμαρτήσαντες. οὐκοῦν ἀνωτέρω οὐκ ἀπηρίθμησά σοι ποσάκις ᾐχμαλώτευται Ἰσραὴλ, καὶ ποσάκις ἀνεκλήθητε; οὐκέτι εἰς τὸν αἰῶνα, οὐκοῦν· εἰ μὴ ὁπότ' ἂν παραγένηται ὁ Σατανᾶς καὶ Ἀντίχριστος εἰς τὸν κόσμον· ἀπεδοκιμάσθητε γὰρ, καὶ εὑρέθητε τελείως ἀνωφελεῖς, ὅτι ἐκάλεσεν ὁ θεὸς τὰ ἔθνη ἀντὶ ὑμῶν. Καὶ ἄκουσον τοῦ Ἡσαΐου

γρ. ἐν εὐλογίᾳ. forte abſque ἐν, εὐλογία.

γρ. μετενόησα.

γρ. οἷς ποιήσατε, καὶ τὰ ἐφεξῆς.

γρ. διαρκεῖσθε σαυταῖς.

λέγοντος· τά δε λέγει κύριος παντοκράτωρ· ὅτι ἥξουσι λαοὶ πολλοὶ, κατοικοῦντες πόλεις πολλάς· καὶ συνελεύσονται εἰς μίαν* πόλιν λέγοντες πορευθῶμεν πορευόμενοι, δεηθῆναι πρόσωπον κυρίου παντοκράτορος. βλέπεις ὅπως πρὸς τὸν θεὸν τὴν ὁρμὴν τῶν ἐθνῶν προεῖπεν Ησαΐας, μᾶλλον δὲ ὁ θεός, ἥξουσι, φησί, λαοὶ πολλοὶ καὶ ἔθνη πολλά, ἐκζητῆσαι τὸ πρόσωπον κυρίου παντοκράτορος. τί οὖν δοκεῖ σοι πρὸς ταῦτα. Ερβαν. Μιχαίας ὁ προφήτης εἶπεν· ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις λέγει κύριος, συνάξω τὴν συντετριμμένην, καὶ τὴν ἀπωσμένην εἰσδέξομαι. Καὶ κακώσω οὓς ἀπωσάμην, καὶ θήσομαι τὴν συντετριμμένην εἰς ὑπόλειμμα· καὶ τὴν ἀπωσμένην εἰς ἔθνος ἰσχυρόν· καὶ βασιλεύσει κύριος ἐπ' αὐτοὺς ἐν Σιών, ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ εἰς τὸν αἰῶνα. οὐκοῦν οὐ δοκεῖ σοι, ὅτι ὄψεταί ποτε τοῦ ἀνακλῆσαι κύριος ὁ θεὸς τὸν Ισραὴλ πάλιν ὃν ἀπώσατο; καὶ δεῖ καὶ αὐτὸν εἰς ἔθνος ἰσχυρὸν καὶ βασίλειον φοβερώτατον. Καὶ ὁ ἅγιος. Σφάλλεις ὦ Ερβαν ἀσφαλῶς, ἐπὶ τὸ ἴδιον ἔθνος τὴν προφητείαν

*γρ. μίαν εἰς μίαν πόλ.

ſic loquentem. *Hæc dicit dominus omnipotens: Quòd venient populi multi ædificantes ciuitates multas, & conuenient in vnam ciuitatem dicentes: Eamus euntes oratum faciem domini omnipotentis.* Vides quomodo gentium ad Deum impetum & concurſum Eſaias Propheta, imò verò Deus ipſe prædixit. *Venient*, inquit, *populi multi & gentes multæ ad inquirendum faciem Domini omnipotentis.* Quid ad hæc tibi reſpondendum eſſe cenſes? HERBANVS. Michæas Propheta dixit: *In diebus illis dicit dominus, congregabo contritam, & abiectam ſuſcipiam. Et quos abieci vocabo, & ponam contritam ad reſiduum, & abiectam in gentem fortem: & regnabit dominus ſuper ipſis in Sion ex hoc nunc & in ſeculum.* Ergo non videtur tibi, quòd aliquando dominus Deus Iſraëlem quem abiecit, reuocaturus eſt, & quòd oportet ipſum eſſe in gentem fortem, & regiam, & maximè formidandam. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Fallis, ô Herbane, haud dubiè Prophetæ vaticinium tuæ genti proprium

Eſa. 4.

Mich. 4.

faciens. Nam contritam cùm dixit, gentium accolatum adumbrauit: Et cùm dixit abiectam, idolorum cultum reprobatum ac reiectum ipſarum gentium obſcurè intellexit. Atque nunc nónne Romanum imperium eſt in gentem magnam & fortem? Non Hieruſalem Eccleſiis & ſacris ac diuinis templis Chriſti crucifixi plena eſt? Nónne ex Bethleem proceſſit Ieſus Chriſtus filius Dei, quem vos negaſtis? non regnat in omnibus propemodum totius orbis terrarum finibus? à monte Sion. id eſt, ab altitudine ſupercęleſti? attentiſſimè audi quid dicat Michæas poſtea. *Et tu Bethleem domus Euphratha, non minima es in millibus Iudæ: Ex te enim exibit dux, qui regat Iſraelem. Exitus eius ab initio, ex diebus æternitatis.* Etenim, ait, vt homo nuper natus eſt, ſed viæ eius ex diebus ſeculi. quòd & Deus ante ſecula fuit: ob eam cauſam dabit ipſis vſque ad tempus parientis. id eſt, dabit vobis Iudæis firmare legem Mo-

Mich. 5. Matth. 2.

De hoc oraculo vide D. Aug. lib. 18. c. 30. de C.D. & quæ annotauit L. Viues.

προφητείαν σφετεριζόμενος· συντετριμμένην γὰρ εἰπὼν, τὴν τῶν ἐθνῶν παροικίαν ἀπείκασε. Καὶ ἀπωσμένην εἰρηκὼς, τὴν * εἰδωλολατρείαν ἀπωθεῖσαν, φησὶ, τῶν αὐτῶν ἐθνῶν ἠνίξατο. Καὶ νῦν οὐκ ἔστιν ἡ τῶν Ῥωμαίων βασιλεία εἰς ἔθνος μέγα, καὶ ἰσχυρόν; οὐ πέπληςαι Ἱερουσαλὴμ ἐκκλησιῶν καὶ θείων τεμένων τοῦ ἐσταυρωμένου Χριστοῦ; οὐχὶ ἐκ Βηθλέεμ προῆλθεν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ὃν ὑμεῖς ἠρνήσασθε; οὐ βασιλεύει περάτων σχεδὸν καὶ πάσης τῆς οἰκουμένης, ἀπὸ τοῦ ὄρους Σιὼν, τουτέστι, τοῦ ὕψους τοῦ ἐπουρανίου; προέσχε γὰρ τί λέγει Μιχαίας μετὰ ταῦτα. Καὶ σὺ Βηθλεὲμ οἶκος τοῦ Εὐφραθᾶ, μὴ * ὀλιγοςὸς εἶ ἐν χιλιάσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γάρ μοι ἐξελεύσεται ἡγούμενος τοῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα Ἰσραήλ. αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ, ἀπ' ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος. Καὶ γὰρ, φησὶν, ὡς ἄνθρωπος ἀρτίως ἐγεννήθη· ἀλλ' αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ, ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος· ὅτι καὶ θεὸς προαιώνιος πέφυκε· διὰ τοῦτο δώσει αὐτοῖς ἕως καιροῦ τικτούσης. τουτέστι, δώσει ὑμῖν τοῖς Ἰουδαίοις κρατοῦσιν τὸν νόμον Μω-

κ. δια εἰδ.

κ. Εὐφραθᾶ, ὀλιγοςὸς εἶ τοῦ εἶναι.

σέως, ἕως καιροῦ ζητούσης τὸν θεῖον νόμον καὶ ἡγούμενον, τοῦ ἐκ Βηθλεὲμ προερχόμενον. τουτέστιν ἐκ τῆς ἀειπαρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας. τέξεται γὰρ ἡ κόρη, φησί, τὸν ἄρχοντα τοῦ Ἰσραήλ· γέγραπται γὰρ, ὅτι οὔτε οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ οἱ ἐξ Ἰωσὴφ αὐτοῦ εἶναι νομιζόμενοι, ἐπίστευον εἰς αὐτόν. Καὶ αὐτὸς δὲ, φησί, στήσεται καὶ ὄψεται, ποῖον ἄρ' ἔσται τὸ ποίμνιον αὐτοῦ. Καὶ ἴδη, ὅτι τὰ ἔθνη ἐπεδόθη αὐτῷ. καὶ ποιμανεῖ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ ἐν ἰσχύι κύριος, κύριος. καὶ ἐν τῇ δόξῃ ὀνόματος κυρίου τοῦ θεοῦ αὐτοῦ, ὑπάρξουσι τὰ ἔθνη. διότι νῦν μεγαλωθήσεται ὁ ποιμὴν καλὸς, ἕως ἄκρων τῆς γῆς. τουτέστιν, ἐκ τῆς παρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας, μέχρι τῆς συντελείας. Καὶ εἰ βούλει ἀντειπεῖν ὅτι οὐκ ἐμεγαλώθη ὁ ποιμαίνων τὰ ἔθνη κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ἀνάβλεψον καὶ ἴδε τοῖς ὀφθαλμοῖς σου εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης, ὅπως μεγαλιώεται ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ εἰς τὸν αἰῶνα, μέχρι τῆς συντελείας. τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, ὅτι μεγαλωθήσεται ἕως ἄκρων τῆς

γῆς.

ſis vſque ad tempus parientis diuinam legem, & ducem ex Bethleem venientem: hoc eſt ex ſemper-virgine & Deipara Maria. *Pariet enim* (inquit) *Virgo principem Iſraelis*. Scriptum eſt enim, quòd neque fratres eius qui ex Ioſepho huic eſſe putabantur, in ipſum credebant. *Et ipſe*, ait, *ſtabit, & videbit quinam erit grex eius.* Et ſcias, quòd iam gentes ei traditæ ſunt, & paſcet gregem ſuum in fortitudine Dominus. *Et in gloria nominis domini Dei ſui aderunt gentes.* Mich. 5. Quocirca nunc magnificabitur paſtor egregius vſque ad extremum terræ, id eſt, ex virgine & Deipara Maria vſque ad conſummationem. Quòd ſi inficiari vis, non eſſe magnificatum illum qui paſcit gentes dominum Ieſum Chriſtum filium Dei: reſpice & vide tuis oculis ad orbis terrarum vſque fines, quomodo magnificatur Dominus noſter Ieſus Chriſtus, filius Dei ex hoc nunc & vſque in ſeculum vſque ad conſummationem. hoc enim declarat, quòd magnificabitur vſque ad extre-

mum terræ. HERBANVS. Si ita eſt, quàm ob cauſam non dixit Propheta, quòd ex te mihi exibit, qui ſit princeps in gentibus, ſed in Iſraële ſubiunxit? SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Mens ſiue intellectus Deum cernens & intuens exponitur Iſraël. Poſtquam igitur vos Iudæi, qui aliquando fuiſtis mens Deum videns, cùm ad vos Dei vnigenitus filius venit, ſententia ſponte concitata veſtros clauſiſtis oculos ne viderent veſpere carentem lucem, continuò excæcati fuiſtis, & pereuntes deſiiſtis eſſe mens Deum cernens: ob eámque cauſam gentes quæ antea cæcutiebant, mentem ad Deum ſuſtulerunt, & vnigenæ Dei filio crediderunt: & mox lucem intuitæ ſacroſanctum lauacrum acceperunt. Atque ilico ipſis nomen Iſraël inditum atque impoſitum fuit, quod Dei manu vobis ſublatum fuit. Nunc igitur qui Deum contemplantur & mentis oculis cernunt, re vera & dignè ac meritò Iſraëlitæ vocantur: qui autem perfidia & peruicaci incredulitate occæcati ſunt, cum ſua pernicie & exitio deſierunt nomen Iſraëlis habere & audire. Quoniam igitur Iſraëlis nomen ex vobis tranſlatum eſt, & gentibus inditum, notum eſt & perſpicuum,

Hoc erit in fine præmiũ ſanctorum. D. Aug. l. 16. c. 39. de C. D.

Prophetam

γῆς. Ἑρβᾶν. Καὶ εἰ οὕτως ἐστὶ, δι' ἣν αἰτίαν οὐκ εἶπεν ὁ προφήτης, ὅτι ἐκ σοῦ μοι ἐξελεύσεται, τοῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ἀλλ' ἐν τῷ Ἰσραὴλ ἐπήγαγεν; Καὶ ὁ ἅγιος. Νοῦς ὁρῶν τὸν θεὸν Ἰσραὴλ ἑρμηνεύεται. ἐπεὶ οὖν ὑμεῖς οἱ Ἰουδαῖοι, οἱ ποτὲ νοῦς ὁρῶν τὸν θεὸν πεφυκότες, παραγινομένου πρὸς ὑμᾶς τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ, ἑκουσίᾳ τῇ γνώμῃ ἐκαμμύσατε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν τοῦ μὴ ἰδεῖν τὸ ἀνέσπερον φῶς, ἀπετυφλώθητε εὐθέως καὶ ἀπωλέσατε τὸ εἶναι νοῦς ὁρῶν τὸν θεὸν, ἀνθ' ὧν τὰ ἔθνη τά ποτε τυφλὰ χρηματίζοντα ἀνένευσαν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ ἐπίστευσαν τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ υἱῷ, παραχρῆμα ἀναβλέψαντες, τὸ ἅγιον βάπτισμα ἐδέξαντο. καὶ εὐθέως ἐπετέθη αὐτοῖς, καὶ τὸ Ἰσραὴλ ὄνομα, χεὶρ θεοῦ ἀρθὲν ἀφ' ὑμῶν. ἀρτίως γοῦν οἱ θεὸν ὁρῶντες ἐπ' ἀληθείας Ἰσραὴλ ἀξίως προσαγορεύονται· οἱ δὲ τῇ ἀπιστίᾳ ἀποτυφλωθέντες, ἀπώλεσαν τὸ εἶναι καὶ ἀκούειν Ἰσραήλ. ἐπεὶ οὖν μετετέθη τὸ ὄνομα ἐξ ὑμῶν αὐτὸ τὸ, Ἰσραὴλ, ἐτέθη ἐν τοῖς ἔθνεσι· περὶ τῶν ἐθνῶν εὔδηλον εἶπεν ὁ

προφήτης τοῦ νέου Ισραὴλ, ὅτι ἐξελεύσεται ὁ
κύριος τοῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα ἐν τῷ Ισραήλ.
Ερβαν. Πλαστὰ λέγεις εἰς ἀπόγνωσιν ἐμπη-
ρῶν τὸ γένος τῶν Ιουδαίων, τοῦ μηκέτι προσ-
δοκᾷν ἀνακλήσεως. ἀλλ᾽ ἐγὼ, οὐκ ἀνέξομαί
σου τῶν ῥημάτων, ἐπειδὴ ἀκούω τοῦ προ-
φήτου Ησαΐου λέγοντος, ἐπιλάμψει ὁ θεὸς τῇ
ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐν βουλῇ μετὰ δόξης ἐπὶ τῆς
γῆς, τοῦ ὑψῶσαι καὶ δοξάσαι τὸ καταλειφθὲν
τοῦ Ισραὴλ ἐν Σιών· καὶ τὸ καταλειφθὲν ἐν
Ιερουσαλὴμ, ἅγιοι κληθήσονται πάντες οἱ
γραφέντες εἰς ζωὴν ἐν Ιερουσαλήμ. Καὶ με-
τέπειτα, ὅτι ἐκπλυνεῖ κύριος τὸν ῥύπον τῶν
υἱῶν καὶ τῶν θυγατέρων Σιών. Καὶ τὸ αἷμα
Ιερουσαλὴμ ἐκκαθαρεῖ ἐκ μέσου αὐτῶν,
πνεύματι κρίσεως καὶ πνεύματι καύσεως. οὐκοῦν
δεῖ ἡμᾶς ἀνακληθῆναι καθὼς ἀκούειν τὰς
προφητείας, καὶ γενέσθαι πάλιν εἰς τὴν ἀρ-
χαίαν τιμὴν, μᾶλλον δὲ καὶ περισσοτέραν.
τὸ λοιπὸν μηκέτι μοι πολυλογίᾳ χρώμενος
ἀντίπιπτε, ἀλλὰ πίστευσον ὅτι οὕτως ἔσται, καὶ
πρότερον, καὶ ὕστερον. Καὶ ὁ ἅγιος. Μὴ συνιεὶς

τῆς

Prophetam dixiſſe de gẽtibus, de nouo Iſraële, venturum Dominum, vt ſit princeps & dux in Iſraële. HERBANVS. Plurima dicis in deſperationem, mutilans genus Iudæorum, ne amplius reuocationem expectent. Verùm ego non amplius tua verba ſuſtinebo: quandoquidem Prophetam audio Eſaiam dicentem: *Fulgebit Deus in illa die in concilio cum gloria in terra, vt extollat & gloria illuſtret reſiduum Iſraelis in Sione, & quod reliquum eſt in Hieruſalem. Sancti omnes vocabuntur, qui conſcripti ad vitam in Hieruſalem.* Ac deinde, *Quòd eluet Dominus ſordes filiorum & filiarum Sionis, & ſanguinem Hieruſalem expurgabit è medio ipſorum, ſpiritu iudicij, & ſpiritu ardoris.* Oportet igitur nos reuocari, quemadmodum audis Prophetarum oracula, iterumque in priſtinum honorem reſtaurari, imo verò in præſtantiorem. Quamobrem ne mihi amplius multiplici verborum profluentia fretus obſiſte, nec aduerſare, ſed crede & perſuaſiſſimum habe ita futurum eſſe, ſiue quamprimum, ſiue in poſterum, nihil refert. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Diuinæ

Iudæus pertinaciter ſperat alium à Ieſu Chriſto Meſſiam venturum.

Eſa. 4.

ſcripturæ accuratam ſubtilitatem haudquaquam intelligens, vanis & adulterinis, futilibus & inutilibus notitiis teipſum oblectas. Quod enim ait, *Fulgebit Deus in die illa in*

Eſa. 4.

conſilio cum gloria in terra, Vt extollat & gloria cumulet reliquias Iſraelis, hoc iam adimpletum eſt. Nam Dei filius vnigena fulgens ex ſancta Virgine Deipara in Hieruſalem, reliquias Iſraelis gloria & honore extulit: ſpiritaliter autem gloria illuſtrauit, & non corporaliter, ſicut tu carnalis Iudæus animo fingis. Quid autem relictum ſit, & cuius cauſa ſcriptum, attende diligenter, vt boni aliquid inde perdiſcas, & quod ad ſalutem tuam, ſi velis, commodum ſit & conducibile, intelligas. Quod reliquum eſt ex Iſraële, multitudo eſt Hebræorum, quæ cùm Chriſtus aduenit in eum credidit: relicta enim fuit à Domino, videlicet electa. Nam genus humanum à Dæmonum tyrannide & vexatione, quæ animo & mente intelligitur, ſeruatum fuit, vt Dei filio crederet, & ſaluum eſſet: vt non funditus genus Hebræorum interiret, ſi fidem non habuiſſet, & incredulum omninò permanſiſſet. De hac enim ſumma Propheta dicit: *Niſi Dominus vobis reliquiſſet*

Quod inquirit Iſraël hoc non aſſequutus eſt, ſed electio conſecuta eſt: reliqui verò excæcati ſunt.

Rom. 11.

τῆς θείας γραφῆς τὴν ἀκρίβειαν, λόγοις κιβδή-
λοις καὶ ἀνωφελέσιν ἐννοίαις, χειροποιεῖς σεαυτόν.
Τὸ γὰρ, ἐπιλάμψει, φησὶν, ὁ θεὸς τῇ ἡμέρᾳ ἐκεί-
νῃ ἐν βουλῇ μετὰ δόξης ἐπὶ τῆς γῆς, τοῦ ὑψῶ-
σαι καὶ δοξάσαι τὸ καταλειφθὲν τοῦ Ἰσραὴλ, ἤδη
γεγένηται. Λάμψας γὰρ ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ
ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου καὶ θεοτόκου ἐν Ἱερου-
σαλὴμ, ἐδόξασε καὶ ὕψωσε τὸ κατάλειμμα
τοῦ Ἰσραήλ. Πνευματικῶς δὲ ἐδόξασε τοῦτο, καὶ
οὐχὶ σωματικῶς, ὡς σὺ σαρκικὸς Ἰουδαῖος φαν-
τάζῃ. τί δὲ τὸ καταλειφθὲν, καὶ διὰ τίνος γρα-
φὲν, πρόσεχε ἀκριβῶς, ἵνα γνῷς τί ἀγαθὸν,
καὶ εἰς σωτηρίαν σου εἴπερ βούλει ἐπιτήδειον· τὸ
καταλειφθὲν τοῦ Ἰσραὴλ, τὸ ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ
Χριστοῦ πιστεῦσαν πλῆθος τῶν Ἑβραίων ἐστί.
κατελείφθη δὲ ὑπὸ κυρίου, ἤγουν ἐκλεχθέν·
ἐτηρήθη ἀπὸ τῶν τυραννούντων νοητῶς περι-
λήψει παθῶν δαιμόνων, τὸ γένος τῶν ἀνθρώ-
πων, ἵνα πιστεύσῃ τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ, καὶ σωθῇ
ὅπως μὴ παντελῶς ἀπόληται ἀπιστῆσαν τὸ
γένος τῶν Ἑβραίων. λέγει γὰρ περὶ τοῦ κεφαλαίου
τούτου ὁ προφήτης, Εἰ μὴ κύριος ἐγκατέλι-

πεν ὑμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθητε, καὶ ὡς Γόμορρα ἂν ὡμοιώθητε· σημαίνων τοὺς ἐξ ὑμῶν πιστεύσαντας καὶ σωθέντας. τὸ δὲ γραφὲν, εἰς ζωὴν, εἰς τὴν ἐπουράνιον γραφὲν ζωὴν, παρὰ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ, σημαίνει. ὅτι δὴ ἔπλυνε τὸν ῥύπον τῶν υἱῶν καὶ τῶν θυγατέρων Σιὼν, τῶν πιστευσάντων φησί. Καὶ τὸ αἷμα Ἱερουσαλὴμ ἐκάθηρεν ἐκ μέσου αὐτῶν τῷ τιμίῳ καὶ ἁγίῳ βαπτίσματι, οὐδεὶς ὁ ἀντερῶν. λέγει γὰρ Ἠσαΐας περὶ τούτου, Λούσασθε καὶ καθαροὶ γίνεσθε, καὶ τὰ ἑξῆς· ὅτι πνεύματι κρίσεως, φιλανθρωπίᾳ διακρίνας, πνεύματι ἁγίῳ, καὶ ἐξευρὼν τὸ τηλικοῦτον ἀγαθόν. ὅτι πνεύματι καύσεως, τῷ πυρὶ τοῦ ἰδίου πνεύματος καταφλέξας τῶν διὰ πίστεως προσερχομένων τῇ κολυμβήθρᾳ τὰ ὀφλήματα. καυστικὸν γὰρ μολυσμάτων τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. τὸ δὲ, ὑψῶσαι καὶ δοξάσαι τὸ καταλει-
ἴσ. λουθὲν φθὲν, τὸ πλῆθος τοῦ Ἰσραήλ ἐστιν, ὅπερ * ἐαθὲν ἀπὸ τῆς ἀπιστίας παρὰ τοῦ Σατανᾶ (καθὼς αὐτῷ ἐνεβριμήσατο ὁ θεὸς, δι᾽ ἀπιστίας βάλλοντι πᾶν τὸ γένος τῶν Ἰουδαίων) τοσοῦτον ὑψώθη

καὶ

reliquiſſet ſemen , ſicut Sodoma facti fuiſſetis , & Gomorrhæ ſimiles effecti eſſetis. ſignificans eos , qui ex vobis crediderunt , & ſalui facti ſunt. Quod autem ſcriptum, ad vitam, ad ſupercæleſtem vitam ſcriptum eſt, quam ab vnigenito Dei filio pendêre indicat. Quòd verò filiorum & filiarum Sionis ſordes eluit & deterſit, eorum qui crediderunt intelligit : Et quòd ſanguinem ciuitatis Hieruſalem mundans expiauit è medio ipſorum , pretioſo & ſancto baptiſmate, nullus eſt qui contradicat. De hoc enim Eſaias vaticinatur : *Lauamini, mundi eſtote*, & cætera. Quòd ſpiritu iudicij , amore & beneuolentia erga homines diiudicauerit, ſpiritu ſancto, & excogitauerit tantum bonum. Quòd ſpiritu ardoris , igne ſui ſpiritus combuſſerit eorum debita, qui per fidem accedunt ad piſcinam. Nam Spiritus ſanctus ſordes & labes animi ardore ſuo abſumit. Illud autem, vt extollat & gloria afficiat reliquias, multitudo eſt Iſraëlis: quæ exeſa* à perfidia, à Satana (ſicut ei acriter minatus eſt Deus, propter incredulitatem ac perfidiam Iudæorum genus exagitanti) vſque adeò exaltata eſt

Eſa. 1. Rom. 9.

Eſa. 1.

* *vel quæ lota, pro* ἐκλυθὲν, λουθέν.

Zach. 3.

&glorificata, vt omnes gentes quæ in Dominum meum & Deum Ieſum Chriſtum credunt, ex eo & ad hoc vſque tempus honore eos afficiant, & gloria efferant: ſacris locis ſiue oratoriis excitent: eoſdem ſanctos & iuſtos nominent: ſanctas ipſorum commemorationes quotannis celebrent: ſicut ſcriptum eſt, Quòd ſancti omnes (à gentibus nimirùm) vocabuntur, qui apud legem nomen profeſſi, & in vitam (quæ eſt ipſe Chriſtus) adſcripti per fidem & baptiſma fuerunt. Habes duodecim Apoſtolos, habes ſeptuaginta diſcipulos: habes duo millia, habes quinque millia hominum qui comederunt panes: habes quatuor millia, quos omnes interfeciſtis, eos omnes Domini mei Ieſu Chriſti martyres, id eſt, teſtes efficientes. Sunt & aliæ animæ multæ, non ſolùm virorum, ſed etiam mulierum, quæ ex Iudæis conuerſæ fuerunt, & ad ſacrum lauacrum acceſſerunt: de quibus omnibus ſcribit Eſa. 10. Rom. 9. Propheta, *Quod reliquiæ Iſraelis ſaluæ fient.* HERBANVS. Directò verba Prophetiæ ad tuum ſenſum & ſubſidium detorſiſti. Verum tamen

καὶ ἐδοξάσθη, ὥστε πάντα τὰ ἔθνη τὰ πιστεύοντα εἰς τὸν κύριόν μου, καὶ θεὸν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἔκτοτε καὶ μέχρι τῆς δεῦρο τιμῶσιν καὶ δοξάζουσιν αὐτοὺς, καὶ εὐκτηρίους οἴκους ἀνεγείρουσιν, καὶ ἁγίους καὶ δικαίους ὀνομάζουσιν αὐτοὺς, καὶ τὰς ἁγίας αὐτῶν μνήμας κατ᾽ ἔτος ἐπιτελοῦσι, καθὼς γέγραπται, ὅτι ἅγιοι πάντες κληθήσονται, παρὰ τῶν ἐθνῶν δηλονότι, οἱ ἀπογραψάμενοι τῷ νόμῳ, καὶ γραφέντες εἰς ζωὴν, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστὸς, τῇ πίστει καὶ τῷ βαπτίσματι. Καὶ ἔχεις τοὺς ιβ. Ἀποστόλους, ἔχεις τοὺς ό, ἔχεις τοὺς ͵β, ἔχεις τοὺς ͵ε, τοὺς φαγόντας τοὺς ἄρτους. ἔχεις τοὺς ͵δ, οὓς πάντας ἀποκτείνατε, μάρτυρας αὐτοὺς τοῦ κυρίου μου Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀπεργασάμενοι. εἰσὶ καὶ ἄλλαι ψυχαὶ πολλαὶ, οὐ μόνον ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες, αἵτινες ἐξ Ἰουδαίων ἐπεστράφησαν, καὶ προσῆλθον τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι. περὶ ὧν πάντων καὶ πασῶν ἔγραψεν ὁ προφήτης, ὅτι τὸ ἐγκατάλειμμα τοῦ Ἰσραὴλ σωθήσεται. Ἑβραῖ. Ἐξ εὐθείας μετέστρεψας τὰ ῥήματα τῆς προφητείας εἰς τὴν σαυτοῦ ἀντίληψιν. πλὴν, εἰ

καὶ οὕτως ἔχει, πότε ὁ ἐσταυρωμένος περιπατεῖ ἐν Ἱερουσαλήμ, καθὼς μετὰ ταῦτα ἐπάγει ὁ προφήτης, τά περὶ κύκλῳ Σιὼν ἐπεσκίασε νεφέλη ἡμέρας, καὶ ὡς καπνοῦ, καὶ ὡς φωτὸς πυρὸς καιομένου νυκτός· πότε δὲ ἐγένετο αὐτοῖς πάσῃ δόξῃ *σκέπων, καὶ εἰς σκίαν ἀνατέλλων ἑαυτὸν ἡμέρας τοῖς ὑπηκόοις ἀπὸ καύματος, καὶ ἐν σκέπῃ καὶ ἐν ἀποκρύφῳ ἀπὸ σκληρότητος καὶ ὑετοῦ· ἀπὸ γὰρ τοῦ, ὅ, αἷμα Ἱερουσαλὴμ ἐκκαθαριεῖ ἐκ μέσου αὐτῶν πνεύματι κρίσεως, καὶ πνεύματι καύσεως, ταῦτα ἐπάγει ὁ προφήτης. Καὶ ὁ ἅγ. Σὺ τοίνυν ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς παρουσίας αὐτοῦ ἦς, καὶ ἔβλεπες, κἄντε νεφέλη ἐπεσκίαζε, καὶ ἢν πυρὸς φωτὶ καιομένῳ ἐφώτιζε, εἰ ἕτερόν τι διέπραττεν, ὅτι φληναφῇς περὶ αὐτοῦ; μὴ εἰδὼς γὰρ τὸ ἀληθὲς νοῦν τῆς θείας γραφῆς, ἄπλυτα σωματικοῖς νοήμασιν ἐπιτηδεύεις διαγκρίνειν, καὶ σπεύδεις. ἀλλὰ πρόσεχε τίνα δηλοῦσι τὰ εἰρημένα, ἐπεὶ σῦκα, ὦ Ἰουδαῖε τυφλέ, σὺ δοκεῖν συνάγειν, τριβόλοις καρπίζῃ. λέγει γὰρ ὁ προφήτης, ὅτι ἥξει κύριος. καὶ ἐπιστάμεθα ἡμεῖς ὅτι ἐλήλυθε. Καὶ ἔσται, φησί, πᾶς τόπος

In textu Prophetia legitur ut infra, σκεπασθήσεται

tamen ſi ita eſt, quando crucifixus ambulans in ciuitate Hieruſalem, ſicut poſtea ſubdit Propheta: *Sionis ambitus & circuitus obumbrauit nebula diei, & fumi inſtar & lucis & ignis ardentis nocte:* Et quando ipſe omni gloria velatus fuit, & in vmbram ſeipſum oriri fecit diem obedientibus ab ardore & æſtu, & in velamine & in tegmine à duritie & pluuia? Nam poſt hæc verba,* *Sanguinem Hieruſalem emundabit è medio ipſorum ſpiritu iudicij, & ſpiritu exuſtionis*, hæc ſubiungit Propheta. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Túne in diebus aduentus eius eras? & videbas, ſiue nebula obumbrabat, ſiue luce ignis ardente illuſtrabat, aut aliud quid agebat, quod de ipſo nugaris? Neſciens enim veram diuinæ ſcripturæ mentem, omnia corporalibus notionibus diiudicare inſtituis & properas. Verùm attentè audi, & intellige effata, quem declarant. Quoniam ficus, ô Iudæe cæce, dum putas te colligere, tribulos carpis. Dicit enim Propheta, quòd veniet Dominus: & nos ſcimus eum veniſſe. *Et erit* (inquit) *omnis locus*

Eſa. 4. Vide verba vulg. edit.

*In ed. vul. & ſanguiné Hieruſalem lauerit de medio eius in ſpiritu iudicij & ſpiritu ardoris.

Qui ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. Rom. 8. carnalis eſt & carne metitur omnia, nec mentis oculis cernit Dei ſupercęleſtia dona.

HERBANVS. Recita mihi Prophetiam, & ſcies quæ inferiùs. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Quæ poſtea dicit, hæc ſunt planè. *Et niſi Dominus reliquiſſet vobis ſemen, ſicut Sodoma facti eſſetis, & Gomorrhæ ſimiles fuiſſetis.* HERBANVS. Hoc nobis ſatis eſt, quòd non funditùs nos Deus exterminauit, ſed ſemen nobis reliquit. Hoc enim ſemen, quod dicit à Domino relictum eſſe, planè ſumus, qui modò diſperſi ſumus in toto mundo, & qui aſſeruamur, vt ex exiguo ſemine in vltimis diebus terra Promiſſionis feratur, & multiplicabuntur arua clariſſimæ tribus Iſraëlis, nempè ciuitates Iudææ, quæ eſt vitis duodecim tribuum populi. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Toties iam hac ſpe repreſſus, nondum impudentiam repuliſti? Verumtamen cur tibi has reprehenſiones adhibemus? Canis enim locum obtines. Mos enim eſt ſemper canibus, vt verberibus cæſi domo abigantur, ſed impudentia freti, & verberationis obliti, rurſus domum introeant, ac denuò feriantur, & expellantur.

Eſa.11. Rom.9.

Vt Aſinus ſic canis efuriens fuſtem negligit.

Quapropter iterum tuam impudentiam verberabo,& perſequar vehementer,quia temerè & fruſtrà conuitiaris. Oſtendam tibi, quòd niſi in ſanctam Trinitatem ſacro lauacro regenerati & tincti fueritis, non habebitis vitam in vobis. Ergo illud, *Niſi reliquiſſet vobis ſemen*, ſuperiùs tibi dixi, quòd declarat eius ſpecies, de Iſraëlitis, qui per fidem in Ieſum Chriſtum ſeruati fuerunt. At verò de veſtra parte, qui eſtis infideles, dictum eſt ab eodem Eſaia. *Audite, ait verbum Domini principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei populus Gomorrhæ, &c.* ſcis, & addit: Quò mihi multitudo *victimarum veſtrarum, dicit Dominus?* Ne autem glorieris, quaſi Dominus omnino veſtris ſacrificiis & victimis indigeat, eámque ob causā veſtrasSynagogas inſtauraturus ſit: *Plenus ſum* (inquit)*holocauſtis arietum,& agnorum adipem & ſanguinem taurorum & hircorum nolo,neque ſi veneritis in conſpectum meum.* Væ væ odium eſt & abominatio. Quot & quanta mala peccatum frigidum perpetrat! Vos dilectos Dei, abominabiles & execrandos reddidit. *Nolo* (inquit) *neque ſi veneritis in conſpectū meū.Quis enim exquiſiuit hæc*, nēpè ſacrificia & victimas,

Regeneratio ex aqua & ſpiritu neceſſaria. Ioan.3.

Ibid.

τοιγαροῦν καὶ μετὰ ταῦτα, τύψω σου τὴν ἀναί-
δειαν, καὶ διώξω σφοδρῶς, ὅτι εἰκῆ καὶ μάτην
λοιδορεῖς· δείξω σοι δὲ ὅτι ἐὰν μὴ εἰς τὴν ἁ-
γίαν τριάδα βαπτισθῆτε, οὐχ ἕξετε ζωὴν ἐν
ἑαυτοῖς. Τὸ μὲν, ὅτι εἰ μὴ ἐγκατέλιπεν ὑμῖν
σπέρμα, ἀνωτέρω σοι ἀπήγγειλα, ὅτι δηλοῖ ἡ
ἔμφασις αὐτοῦ, περὶ * τὸν Ἰσραὴλ, οἵ τινες πι- γ. τ. τοῦ
στεύσαντες εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, καὶ σωθέντες. περὶ
δὲ τοῦ μέρους ὑμῶν τῶν ἀπίστων, εἴρηται παρὰ
Ἠσαΐου. Ἀκούσατε γὰρ, φησὶ, λόγον " ἄρχον- γ. κυρίου
τες Σοδόμων· * ἐπίστασθε, καὶ προσέχετε, Τί γ. προσέ-
μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν, λέγει κύριος; ἵνα λετε νόμον
μὴ καυχήσῃ αὐτοῖς, ὅτι δέεται κύριος ἁπλῶς τῶν θεοῦ, ὁ λαὸς Γομόῤῥας,
θυσιῶν ὑμῶν, καὶ ἕνεκεν τούτου ἀναστήσει πάλιν
τὰς συναγωγὰς ὑμῶν, Πλήρης εἰμὶ, φησὶ, ὁ-
λοκαυτωμάτων κριῶν, καὶ στέαρ ἀρνῶν, καὶ αἷ-
μα ταύρων καὶ τράγων οὐ βούλομαι, οὐδ' ἂν ἔρ-
χησθε τοῦ ὀφθῆναί μοι. Βαβαὶ τοῦ μίσους. πό-
σα κακὰ ποιεῖ ἡ ψυχρὰ ἁμαρτία; τοὺς ἀγαπη-
τοὺς τοῦ θεοῦ ὑμᾶς, βδελυκτοὺς ἀπειργάσατο.
Οὐ βούλομαι, φησὶν, οὐδ' ἂν ἔρχησθε τοῦ ὀφθῆναί
μοι. τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα; ἤγουν τὰς θυσίας,

ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν· πατεῖν τὴν αὐλήν μου, οὐ προσθήσετε. ἀκούω, τίνος ἀκροασώμεθα, τοῦ Δαβίδ, ἢ τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ ἡμῶν, ἐνταῦθα προσέταξε. σὺ γὰρ λέγεις, ὅτι οἰκοδομῶν ὁ κύριος, τὰς διασπορὰς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπισυνάξει. ἐνταῦθα δὲ ἐκεῖνος ὁ δεσπότης καὶ θεὸς πρὸς ὑμᾶς λέγει, πατεῖν τὴν αὐλήν μου, οὐ προσθήσεσθε. λοιπὸν, καὶ τῶν ἑκατέρων ὀφείλομεν ἀκούειν· τὰ γὰρ κεφάλαια ταῦτα ἁρμοζόντως εἰς τὸν ἴδιον τόπον ὡμιλήθησαν· ὑμεῖς δὲ οἱ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ, μηδὲν ἐπιστάμενοι, ἀλλόκοτα νοεῖτε νοήματα. ὅταν ἀκούσῃς ὅτι λέγει ὁ θεὸς, πατεῖν τὴν αὐλήν μου, οὐ προσθήσεσθε, σὺ τί ἀναισχυντεῖς. Καὶ γὰρ ἐὰν φέρητέ μοι σεμίδαλιν, μάταιον, φησὶ, θυμίαμα, βδέλυγμά μοι ἐστί. τὰς νεομηνίας ὑμῶν καὶ τὰ σάββατα, καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχή μου, καὶ ἡμέραν μεγάλην " οὐκ ἀνέχομαι. Ταῦτα οὖν ἀκούων, δι' ἣν αἰτίαν ποιεῖς κυνὸς πρόσωπον, καὶ προσάγεις αὐτῷ τὰς θυσίας σου, καὶ τὰς ἑορτάς σου τελεῖς αὐτῷ ἀναιδῶς; πόλεμος, οἴμοι, μετὰ τοῦ θεοῦ ἐγυμνήθησαν αἱ ἑορταί σου· λέγει γὰρ ὁ θεός,

γρ. νηστείαν καὶ ἀργίαν.

de manibus veſtris, vt calcetis atrium meum? non offeretis. Ergo quemnam audiemus, Dauidem, an Dominum Deum noſtrum, huc animum aduerte. Tu ſiquidem dicis, quòd *ædificans Dominus diſperſiones Iſraelis congregabit*: hîc autem ille ipſe Dominus & Deus ad vos dicit, *vt calcetis atrium meum: ne vltrà offeratis*. Cæterùm vtroſque audire debemus: hæc enim præcipua capita congruenter ſuo loco enunciata ſunt. Vos autem tardi corde & ſocordes, nihil ſcientes, monſtroſas animo fingitis & concipitis notiones. Cùm iam audieris Dominum meum dicentem, *vt calcetis atrium meum: ne offeratis*: cur tu impudens es? Etenim ſi offeratis medullam grani ſiliginei, *fruſtraneum ſuffimentum ſiue incenſum, abominatio mihi eſt. Neomenias veſtras & Sabbata, & ſtatas ferias ſiue dies feſtos odit anima mea, & diem magnum non ſuſtineo*. Hæc igitur audiens, quam ob cauſam canis faciem, & os durum habes, & ei obtrudis tuas victimas, & tuos feſtos dies impudenter celebras? Bellum cum Deo, vt opinor, ſunt tui dies feſti. Dicit enim

Pſal. 146.
Eſa. 1.

Deus, ieiunium, otium, ferias & feſtos dies veſtros odit anima mea: facti eſtis mihi in faſtidium. Deus itaque dicit, quæcunque facis Iudaicis ritibus, ſe ex animo odiſſe & abominari: Tu verò impudenter reſiſtis, & ei tuas victimas offers. Deſine: ſolum enim laborem ſuſtines. Deo aduerſaris, nec mercedem in ſæculum referes. Etenim dicit Dominus, facti eſtis mihi in faſtidium, non amplius ſuſtinebo peccata veſtra. Dei indignationem & graue pondus contemplare. Vt cùm quis ab aliquo mala perpeſſus fuerit infinita, neque amplius ſuſtinere poteſt, ſed oneri ſuccumbit defeſſus, dixerit, odium multum ferens, Non amplius te ſuſtineo, ſed oſtendam in te vltionem: ſic dicit Deus, facti eſtis mihi in ſatietatem & plenitudinem iræ & indignationis. Propterea non amplius ſuſtinebo: nempè veſtra peccata baiulo, ſed retribuam: imò verò eiiciam vos à facie mea. Etenim infert Prophetiæ conſecutionem, cùm dicit: *Et quum expanderitis manus veſtras ad me, auertam* Eſa.1. *oculos meos à vobis.* Parce, Domine, his

ὁ θεὸς, Νηστείαν, καὶ ἀργίαν, καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχή μου. ἐγενήθητέ μοι εἰς πλησμονήν. Ὁ θεὸς λέγει τοίνυν, ὅτι ὅσα ποιεῖς Ἰουδαϊκοῖς χαρακτῆρσι, ταῦτα πάντα μισεῖ ἡ ψυχή μου· σὺ δὲ ἀναισχυντεῖς, καὶ προσάγεις αὐτῷ τὰς θυσίας σου· παῦσαι, μόνον γὰρ τὸν κόπον ὑπομένεις, ὡς θεῷ ἐναντίος, καὶ μισθὸν οὐ κέκτησαι εἰς τὸν αἰῶνα. Καὶ γὰρ λέγει, Ἐγενήθητέ μοι εἰς πλησμονήν, οὐκέτι ἀνοίσω * τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν. ἤκασαι ἀγανάκτησιν θεοῦ καὶ βάρος. ὡς ὅταν πάθῃ τις ἀπειροπλάσια κακὰ ὑπό τινος. καὶ οὐκέτι δυνάμενος βαστάζειν, εἴπῃς * μῖσος πολὺ φέρων, οὐκέτι ἀνέχομαί σου, ἀλλὰ δείξω εἰς σὲ τὴν ἐκδίκησιν· οὕτω λέγει καὶ ὁ θεός, Ἐγενήθητέ μοι, φάσκων, εἰς πλησμονὴν χολῆς καὶ παροργισμοῦ. διὰ τοῦτο οὐκέτι ἀνοίσω, ἤγουν βαστάζω τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν, ἀλλ' ἀνταποδώσω, μᾶλλον δὲ ἔξω θήσω ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ προσώπου μου. Καὶ γὰρ ἐπιφέρει τὰ ἀκόλουθα τῆς προφητείας, ὅταν λέγῃ, τὰς χεῖρας ὑμῶν ἐκτείνητε πρός με, καὶ ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ' ὑμῶν. φεῖσαι, κύριε,

γρ. ἀνήσω

γρ. εἴπῃ

τῶν εἰς σὲ ἠλπικότων. Φρικτὸν γὰρ τὸ ῥῆμα, καὶ ἀπόρρητον τὸ μῖσος τοῦ θεοῦ πρὸς Ἰουδαίους,
γρ. τὸ ἴδιον ὄπισμα, ἢ τὸν ἴδιον ὀπισμόν διὰ τὰς μιαρὰς αὐτῶν παραβάσεις, καὶ " τὸ ἰδιότισμον τὸ γογγυστικόν τε καὶ ἄτακτον. Ἄκουε τοίνυν Ἑρβαῖ, καὶ ἰλιγγίασον. Καὶ γὰρ οὐκ ἐγὼ ταῦτα ἔπλασα, μή ποτε εἴπῃς, ὅτι ἐναντιούμενος τῇ θρησκείᾳ μου, ταῦτα ἐν μέσῳ εἰσήγαγες. ἀλλ' ὁ θεός σοι ἐπιτιμᾷ αὐτὸς ἐκεῖνος, καὶ λέγει, Τὰς χεῖράς σου, Ἰουδαῖε, μὴ ἐκτείνῃς πρός με, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἀπέστειλα τὸν μονογενῆ μου υἱὸν πρὸς ὑμᾶς. εἰ δὲ μή γε, ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ' ὑμῶν. καὶ ἐὰν πληθύνητε τὴν δέησιν ὑμῶν, οὐκ εἰσακούσομαι. πάντα τὰ ἔτη τῆς ζωῆς σου, ἀφ' ἧς ἤκουσας ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἧκε, καὶ οὐκ ἐπίστευσας, ἐὰν πληθύνῃς τὴν δέησιν πρός με, οὐκ εἰσα-
γρ. σοῦ. κούσομαι * ὑμῶν. δι' ἣν αἰτίαν; ὅτι αἱ χεῖρες ὑμῶν, φησί, αἵματος πλήρεις· τουτέστι, ἀπὸ τοῦ φόνου τοῦ υἱοῦ μου, καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων αὐτοῦ. διότι ἐπίστευσαν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ, ἀπεκτείνατε αὐτούς. οὔκουν ἐὰν πληθύνητε τὴν δέησιν ὑμῶν, οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν.

τί λοι-

his qui ſperauerũt in te. Horrendum verbum Domini, & non enarrabile odium aduerſus Iudæos propter ſceleratas ipſorum tranſgreſſiones, & proprium ſuccum, & ſolitum murmurandi morem, & intemperanter rebellandi. Audias igitur, ô Herbane, & vertigine torqueare. Non equidem hæc commentus ſum, ne aliquando dixeris, me ſtudio tuæ religioni aduerſandi, hæc in medium protuliſſe. Sed Deus te increpat ipſe ille, & dicit, Manus tuas, ô Iudæe, ne extendas ad me, à quo die vnigenitum meum filium ad vos miſero. Sin autem, auertam oculos meos à vobis. *Et ſi multiplicaueritis precationem veſtram, non exaudiam.* Omnes annos vitæ tuæ, ex quo die audiſti Dei filium veniſſe, neque credidiſti, ſi multiplicaueris orationem tuam ad me, non exaudiam te. Quamobrem? *Quoniam* (inquit) *manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt:* id eſt, cæde filij mei, & reliquorum ſanctorum eius, quos, quia in nomen vnigenæ filij Dei crediderunt, interfeciſtis. Ergo *ſi orationem veſtram multiplicaueritis, non exaudiam vos.*

Iudaica gẽs peruerſa, filij in quibus nulla fides. Deut. 32

Cur denuo religionis ritum & cultum retines ſecundum legem Dei tui, qui tuas preces & occurſus auerſa aure reiicit? Quænam cauſa eſt? Quia *manus veſtræ impiæ ſanguine madent.* Quo ſanguine? Teſtor vobis hoc quod eſt hodie cælum & mare, teſtor etiam vnum in Trinitate Deum, qui in æternum glorificatur, quòd non ob aliud quicquam dicit, quàm propter pretioſum illum ſanguinem Domini Ieſu, quem vt potè ſcelerati effudiſtis, accuſat. Niſi igitur abluti, & ſacro lauacro tincti fueritis in ſanctam Trinitatem, ab hoc ſcelere non expiabimini in æternum. Quapropter Propheta, imò verò Deus ipſe hæc ſubdit, dicens: *Lauamini & puri eſtote: auferte prauitates ex animis veſtris:* id eſt, baptizemini, ſiue luſtrifico lauacro tingamini vnuſquiſque veſtrum, in Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, lege relicta & mutata, eximentes veſtra ſcelera à cōſpectu oculorum meorum, id eſt, coram mea diuinitate, & cætera. Hæc omnia ſi tuum ſtupidum cor mouent, eique fidem faciunt, grātia & pax: ſin minus tibi perſuadent, gladius vos abſumet. Os enim Domini hæc locutum eſt. HERB. Non

Eſa 1. Sic D. Petrus, Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti in remiſsionē peccatorum veſtrorum, & accipietis donum Spiritus ſancti. Act. 2.

ἢ λοιπὸν λατρεύεις ἐν τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ σου, αὐτοῦ μὴ προσδεχομένου τὰς ἐντεύξεις σου; καὶ τί τὸ αἴτιον; Ὅτι αἱ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις. ποίου αἵματος; μαρτύρομαι ὑμῖν τὸν οὐρανὸν, ὅστις ἐστὶ σήμερον, καὶ τὴν θάλασσαν, τόν τε ἐν τριάδι ἕνα θεὸν ἀπαύστως δοξαζόμενον, ὅτι δι' οὐδὲν ἕτερον λέγει, ἢ διὰ τὸ τίμιον ἐκεῖνο αἷμα ἐγκαλεῖς, τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, ὃ ἐξεχέατε, ἅτε παράνομοι. ἐὰν μὴ βαπτισθῆτε εἰς ἁγίαν τριάδα, οὐ καθαρισθήσεσθε ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας αὐτοῦ εἰς τοὺς αἰῶνας. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ προφήτης, μᾶλλον δὲ ὁ θεὸς μετὰ ταῦτα ἐπάγει λέγων, Λούσασθε, καὶ καθαροὶ γίνεσθε. ἀφέλετε τὰς πονηρίας ὑμῶν ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, τουτέστι, βαπτισθῆτε ἕκαστος εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, μεταπεσόντες τοῦ νόμου, ἐξαίροντες καὶ τὰς πονηρίας ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν μου. ἤγουν ἔμπροσθεν τῆς ἐμῆς θεότητος, καὶ τὰ ἑξῆς. ταῦτα πάντα εἰ πείθουσι τὴν ἀναίσθητόν σου καρδίαν, χάρις, καὶ εἰρήνη· εἰ δὲ οὐ πείθουσί σε, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται· τὸ γὰρ στόμα κυρίου ἐλάλησε ταῦτα. Ἐβόων.

Οὐ περὶ τοῦ ἡμετέρου βαπτίσματος εἴρηκεν ὁ προφήτης, ὅτι δι' αὐτοῦ λούσασθε, ἀλλά γε περὶ τῆς ἐξωτέρας ναοῦ Σολομῶντος λουτῆρες ἄφετοι ἐχρημάτιζον πάντοτε· νόμος γὰρ ἔκειτο, ἵνα ὁ ἁμαρτάνων ἐπί τινι πράγματι, καὶ βουληθεὶς μεταμεληθῆναι, λέγει τοῖς ἱερεῦσι, καὶ πρὸς τὸ πταῖσμα ἀφορίζεται, τοῦ εἰς τὸν ναὸν εἰσιέναι. καὶ πληρωθέντος τοῦ ὅρου ἀπολυόμενος, κατὰ ψυχὴν ἰατρευθεὶς, οὕτω λοιπὸν εἰς τὸν ναὸν ἀδεῶς εἰσελαύνων, ἐπιτελεῖ τὰς λατρείας αὐτοῦ. περὶ τούτου οὖν τοῦ λουτροῦ ὁ προφήτης ᾐνίξατο, καὶ οὐχὶ περὶ τοῦ ὑμετέρου βαπτίσματος.

Τούτων οὕτως ῥηθέντων τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ μεταξὺ Ἐρβᾶν καὶ τοῦ ἀρχιεπισκόπου, τοῦ βασιλέως ἀναστάντος, πάλιν ἀσύντακτοι διεχώρησαν. τῶν δὲ Ἰουδαίων ὡς εὐφραινομένων ἐπὶ τῷ Ἐρβᾶν, ὅτι ἱκανὸς εὑρίσκετο τοῦ διελέγχεσθαι μετὰ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τῶν Χριστιανῶν ἐκπληττομένων ἐπὶ τῷ μακαρίῳ Γρηγεντίῳ, ὅτι ἡ χάρις τοῦ πνεύματος ἦν μετ' αὐτοῦ, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ πάλιν προκαθίσαντος τοῦ βασιλέως σὺν

γρ. ἀθροισθέντων, τοῦ ἀρχιεπισκόπου, καὶ πάντων * ἀθροίτων ἐπὶ

Non de veſtro baptiſmate Propheta dixit, quòd per ipſum lauamini: ſed in exteriore porta templi Solomonis erant vndique lauacra expoſita. Lex autem erat lata, vt qui in re aliqua peccat, & vult reſipiſcere, dicat ſacerdotibus, & ob lapſum, templum ingredi prohibetur: expleto verò termino abſolutus, & animo expiatus, ſic poſtea in templum intrepidè ingrediens, ſua ſacra peragit. De hoc igitur lauacro Propheta locutus eſt, non autem de veſtro baptiſmate.

Fortaſſe intelligit decem illa labra ænea de quibus 3. Reg. c. 7.

His igitur ſecundo die diſputatis inter Herbanum & Archiepiſcopum, cùm Rex ſurrexiſſet, iterum ſine ordine & promiſcuè ſeceſſerunt. Iudæi autem exultabant ſuper Herbano, quòd idoneus inueniretur, qui cũ Archiepiſcopo diſſereret: Chriſtiani verò ſtupebant ſuper beato Gregentio, quòd gratia Spiritus ſancti eſſet cum eo. Tertio demum die rurſus, cùm Rex primus ſediſſet, deinde Archiepiſcopus, omnes denique in eundem locũ conuenerunt cõgregati:

Finis diſputationis 2. diei, & tranſitus ad diſputationẽ tertij diei.

necnon ipſe Herbanus cum ſua cuſtodia aduenit. qui cùm adſtitit, ſanctus Gregentius ad eum ſermonem conuertit.

> Diſputatio tertij diei, de Iudæorũ reprobatione & legis abrogatione.

SANCTVS ARCHIEPISCOPVS Heri dixiſti illud: *lauamini, & mundi eſtote*, de lauacris lege inſtitutis dictum eſſe, non autem de Chriſtianorum baptiſmate. Nónne Deus eſt qui dixit vobis, quòd relinquetur *filia Sion, vt vmbraculum in vinea, atque vt tuguriolum in cucumerario*, à ſua recuperatione ſiue defenſione nimirùm: & quòd nolo, *neque ſi veneritis in conſpectum meum*; & quòd ad calcandum atrium meum non offeretis. *Et ſi offeratis mihi* * *ſemidalim, vanum incenſum abominatio eſt mihi*: & quòd *Neomenias veſtras & Sabbata & diem magnum non ſuſtineo*, quia non indigeo ab hoc die: & quòd, *ieiunium & ferias & dies feſtos veſtros odit anima mea*: & quòd, *mihi in ſatietatem facti eſtis*: &, cùm *expanderitis manus veſtras ad me, auertam oculos meos à vobis*: &, *ſi multiplicaueritis orationem veſtram, non exaudiam vos*. Quandoquidem hæc omnia Deus repulit & odit vehe-

> * Simila vel ſimilago farina alba & flos ſeu deliciæ farinæ triticeæ, Vide Plin. li. 18. c. 10. nat. hiſt. in ed. vulg. ne offeratis vltra ſacrificium fruſtra, incenſum abominatio eſt mihi. quidã ſic, ne afferatis fruſtraneum munus, &c.

τὸ αὐτὸ, παρεγένετο καὶ ὁ Ἐρβὰν μετὰ τῆς κουστωδίας αὐτοῦ· καὶ ὡς παρέστη, ὁ ἅγιος Γρηγέντιος ἔφη πρὸς αὐτόν. Καὶ ὁ ἅγ. Εἴρηκας χθὲς, ὅτι τὸ λούσασθε, καὶ καθαροὶ γίνεσθε, περὶ τῶν νομικῶν λουτρείων λελάληται, καὶ οὐχὶ περὶ τοῦ τοῦ Χριστιανῶν βαπτίσματος· οὐκοῦν ὁ θεὸς ὁ εἰπὼν ὑμῖν, ὅτι ἐγκαταλειφθήσεται ἡ θυγάτηρ Σιὼν, ὡς σκηνὴ ἐν ἀμπελῶνι, καὶ ὡς ὀπωροφυλάκιον ἐν σικυηλάτῳ, παρὰ τὸ αὐτοῦ ἀντιλήψεως δηλονότι, καὶ, ὅτι οὐ βούλομαι, οὐδὲ ἂν ἔρχησθε τοῦ ὀφθῆναί μοι, καὶ ὅτι πατεῖν τὴν αὐλήν μου οὐ προσθήσεσθε. Καὶ ἐὰν φέρητέ μοι σεμίδαλιν*, θυμίαμα, βδέλυγμά μοί ἐστι. καὶ ὅτι, γρ. μάταιον τὰς νεομηνίας ὑμῶν καὶ τὰ σάββατα, καὶ ἡμέραν μεγάλην, οὐκ ἀνέχομαι. ἤγουν οὐ χρείαν ἔχω ἀπὸ τοῦ δώρου. Καὶ ὅτι, νηστείαν καὶ ἀργίαν καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχή μου. καὶ ὅτι, ἐγενήθητέ μοι εἰς πλησμονήν*. Καὶ, ὅταν τὰς γρ. οὐκέτι ἀνήσω τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν. χεῖρας ὑμῶν ἐκτείνητε πρός με, ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ' ὑμῶν. καὶ, ἐὰν πληθύνητε τὴν δέησιν ὑμῶν, οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν. ἐπεὶ ταῦτα πάντα ἀπώσατο καὶ ἐμίσησε

κατακεράτης, καὶ τὰς θυσίας ὑμῶν κελεύει μὴ προσφέρεσθαι κατὰ νόμον, καὶ τὰς δεήσεις τῶν ψυχῶν καὶ τὰς ἐντεύξεις καὶ τὰς ἐπάρσεις τῶν χειρῶν ὤμνυσιν ἀποστρέφεσθαι, περὶ τῶν λυτηρίων τοῦ λαοῦ ἔμελλεν αὐτῷ, περιττὸς ὁ λόγος. τὸ γὰρ Χριστιανῶν βάπτισμα ἄνευ πάσης ἀμφιβολίας κρυφιομύστως ὁ θεὸς διὰ τοῦ προφήτου ᾐνίξατο. Ἑβραῖ. Τί σοι ποιήσω ἀρχιεπίσκοπε, ὅτι οὐκ ἔνι ῥῆμα, ὃ οὐ διαστρέφεις, καὶ οὐκ ἔστι προφητεία, ἣν οὐ μεταφέρεις· οὐκοῦν τί ἐπάγει μετὰ ταῦτα τὰ ῥήματα ὁ προφήτης; Ὅτι μὲν γὰρ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ διότι τὸ ἅγιον ἐπαρωργίσαμεν, ταῦτα οὕτως ἔχει τοῖς εὖ φρονοῦσι. οὐκ ἔστιν ἀντίρρησις· πλὴν, ὅτι παντελῶς ἡμᾶς ἐκβάλλεις τῆς ἐλπίδος, καὶ πληροφορεῖς, ὅτι οὐδεμία ὄνησις ἀπὸ τοῦ νῦν ἐν τῷ νόμῳ χρηματίζει, προστίθησιν ὁ προφήτης, λέγων, Ἐπάξω τὴν χεῖρά μου ἐπὶ σὲ, καὶ πυρώσω σε εἰς καθαρόν· τοὺς δὲ ἀπειθοῦντας ἀπὸ σοῦ ἀπολέσω, καὶ ἀφελῶ πάντας τοὺς ἀνόμους ἀπὸ σοῦ. καὶ ἐπιστήσω τοὺς κριτάς σου ὡς τὸ πρότερον, καὶ τοὺς συμβούλους σου ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς.

καὶ

vehementer, & victimas veſtras ſibi offerri ſecundum legem vetat, & animarum deprecationes & orationes & occurſus, manuúmque eleuationes iurat ſe deteſtari & abominari, lauacra populi interim ei curæ ſunt, ſuperuacaneus & abſurdus ſermo. Nam proculdubiò Chriſtianorum baptiſma occulto myſterio Deus per Prophetam innuit. HERBANVS. Quid tibi faciam, ô Archiepiſcope? Non eſt verbum quod non peruertas, non eſt vaticinium quod non aliò detorqueas. Cur igitur ſubinde verba ſubiungit Propheta? Quòd quidem propter peccata noſtra, & quia ſanctum ad iracundiam prouocauimus, hæc ita ſunt apud ſobrios & ſanæ mentis homines: neque eſt contradictio. Veruntamen, quia funditùs nos ab omni ſpe excludis, & nos certò admones, ab hoc tempore nihil adiumenti & præſidij in lege relictum eſſe, addit Propheta dicens: *Adducam manum meam ad te, & igne te excoquam ad purum.* Perfidos & incredulos abs te perdam, & *auferam* omnes exleges ac nefarios *abs te.* Deinde, *reſtituam iudices tuos, vt prius, & ſenatores tuos, vt antiquitus.* Eſa.1.

Tum tandem vocaberis ciuitas iuſtitiæ, vrbium mater, fidelis Sion. Attentè audias quæ dicuntur per Prophetam, intelligens propter reuocationem noſtram hæc Prophetam prædicere. Siquidem poſt illa dicta horrenda ſubiunxit, *Conſtituam iudices tuos vt ab initio fuerunt, & tuos conſiliarios ſicut priùs.* Si igitur aliam legem erat excitaturus, vel aliam fidem & religionem ſtabiliturus, non hæc profectò dixiſſet. *Vocaberis*, ait, *ciuitas iuſtitiæ, metropolis fidelis Sion.* Quid igitur habes ad hæc dicere? S. ARCHIEP. Cùm Hieruſalem in captiuitatem & ſeruitutem redacta eſt, tũc hæc peracta ſunt. Rediit enim populus à captiuitate: & qui in ea erant, ſublatis improbis ac nefariis, illi qui conſeruati fuerunt, cùm eſſent bonæ & rectæ conſcientiæ, timuerunt Dominum, & iuſtè iudicarunt vt ab initio, & ſanum ſicut priùs conſilium dederũt, ambulantes ſecundum legem Dei. Neque enim inficior. Ipſe enim declarat Propheta dicens: *Nam cum iudicio (inquit) ſeruabitur*
Ibid. *captiuitas eius*, id eſt, ciuitatis Hieruſalem. HER. Si intrò ingreſſi fuerimus, nos eiicis:

& ſi

καὶ μετὰ ταῦτα κληθήσῃ πόλις δικαιοσύνης, μη-
τρόπολις πιστὴ Σιών. προσέχοις τοῖς λεγομένοις
διὰ τοῦ προφήτου, συνιεὶς * διὰ τὴν ἀνάκλη- γρ. συνιεὶς ὅτι
σιν ἡμῶν προμαρτύρεται· μετὰ γὰρ τὸ εἰρηκέναι
αὐτὸν τὰ δεινὰ ἐκεῖνα, ἐπήγαγεν, ἐπιστήσω τοὺς
κριτάς σου ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, καὶ τοὺς συμβού-
λους σου ὡς τὸ πρότερον. εἰ οὖν ἔμελλεν ἐγείρειν
ἄλλον νόμον, ἢ ἄλλην πίστιν ἐξανιστᾶν, οὐκ ἂν
εἴρηκε τὰ τοιαῦτα. Καὶ ὅτι κληθήσῃ, φησὶ, πό-
λις δικαιοσύνης, μητρόπολις πιστὴ Σιών. τί οὖν
σοι δοκεῖ πρὸς ταῦτα; Καὶ ὁ ἅγ. Οτε Ιε-
ρουσαλὴμ ἠχμαλώτευται, τότε ταῦτα ἐπρά-
χθη. ἐπανῆκε γὰρ λαὸς ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας,
καὶ τῶν ἐν αὐτῇ ἀνόμων ἀναιρεθέντων, οἱ δια-
σωθέντες συνειδήσεως ὄντες ἀγαθῆς, ἐφοβήθη-
σαν τὸν κύριον, καὶ δικαίως ἔκριναν ὡς τὸ ἀπ'
ἀρχῆς, καὶ συνεβούλευον ὑγιῶς ὡς τὸ πρότε-
ρον, πορευόμενοι κατὰ τὸν νόμον τοῦ θεοῦ. καὶ οὐδὲ
ἐγὼ ἀντιλέγω. αὐτὸς γὰρ δηλοῖ ὁ προφήτης
λέγων. Μετὰ γὰρ κρίματος, φησὶ, σωθήσεται
ἡ αἰχμαλωσία αὐτῆς, ἤγουν τῆς Ιερουσαλήμ.
Ερβ. Εαν ἔνδοθεν εἰσέλθωμεν, ἐξωθεῖς ἡμᾶς,

καὶ ἐὰν ὀξύνηται μὲν, ἔνδοθεν εἰσβάλῃς. ἀγαθὸν ἐστὶ
μᾶλλον τὸ σιγῆσαι, καὶ ἀναχωρεῖν. Καὶ ὁ ἅγιος.
Καὶ ἄρα κελεύεις μοι συγκαταβῆναι σοι, καὶ
ἰουδαΐσαι; ἀδυνατήσεις πρὸς τοῦτο. Ἑρβᾶν.
ἄκουσον δὲ ἵνα ὁ προφήτης λέγει περὶ ὑμῶν,
γρ. συνιείης. ἵνα καὶ τοῦτο * συνήσῃς. Ὁ λόγος, φησὶν, ὁ γε-
νόμενος πρὸς Ἡσαΐαν υἱὸν Ἀμμώς, περὶ τῆς
Ἰουδαίας καὶ τῆς Ἱερουσαλήμ· πόθεν γενόμενος;
παρὰ θεοῦ δηλονότι. περὶ τίνος; περὶ τῆς Ἰουδαίας
καὶ τῆς Ἱερουσαλήμ, φησί. δι' ὃν τρόπον; ὅτι ἔσται ἐν
ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐμφανὲς τὸ ὄρος κυρίου,
καὶ ὁ οἶκος τοῦ θεοῦ ἐπαρθήσεται ἀπ' ἄκρων τῶν
ὀρέων, καὶ ὑψωθήσεται ἐπάνω τῶν βουνῶν. τί οὖν
μέχρι τῶν ἡμερῶν τῶν ἐσχάτων ἀφανὲς ἦν τὸ
ὄρος ἐκεῖνο, καὶ ἀθέατον; ἢ ὁ οἶκος, ὃν ἐδείματο
ὁ Σολομῶν, ἐν κατωτάτω τῆς γῆς ᾠκοδόμητο,
καὶ ἐδέοντο ἑκάτερα, τὸ μὲν, τοῦ ὁρᾶσθαι, τὸ δὲ
γρ. Ἀλλ' ὑψώσεώς τε καὶ ἀναβάσεως; οὐδαμῶς. Καὶ * ἔ-
σται, φησὶ, περιφανέστερον καὶ περίβλεπτον, καὶ
καταθύμιον εἰς τὸ ὁρᾶσθαι, οὐ παρὰ τῶν Ἰου-
δαίων, οἵτινες αὐτὸ ἐβεβήλωσαν, ἀλλὰ παρὰ
τῶν ἐρχομένων πιστεῦσαι ἐθνῶν τῷ Χριστῷ.

καὶ

& ſi egreſſi fuerimus, nos intrò reducis. Præſtat tacere,& diſcedere. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Quid iubes me in tuam ſententiam deſcendere, & ritu Iudaico viuere? Non poteris, ô Herbane, ad hoc me impellere. Audi quæ Propheta de vobis dicit, vt hoc intelligas. *Verbum* (inquit) *quod factum eſt ad Eſaiam filium Ammos de Iudæa & Hieruſalem.* A quo factum? Nempè à Deo. Qua de re? De Iudæa (inquit) & Hieruſalem. Quomodo? *Quia erit in extremis diebus conſpicuus & illuſtris mons Domini, & domus Dei extolletur ſuper ſummis montibus, & eleuabitur ſupra colles.* Quid ergo, ad hos poſtremos vſque dies obſcurus erat mons ille, & oculorum obtutum effugiebat? vel domus quam ædificauit Solomon, in ima terræ parte ædificata erat, & vtraque indigebant, mons quidem vt videretur, domus verò exultatione & aſcẽſu? Nequaquam. Sed erit (inquit) editior & illuſtrior, & viſu gratior: non quidẽ Iudæis, qui ipſum prophanarũt, ſed gẽtibus quę Chriſto credere incipiebant. Eſa. 2.

Et domus Dei exaltabitur ſuper ſummis montibus. Quænam domus? An templum Solomonis? Abſit. Perge, & vide, quòd funditùs dirutum eſt. Sed quænam domus? Vbi ſepultus eſt, & habitauit Nazarenus tres dies & tres noctes: & illinc ſurrexit, & continuò ſupra ſepulchrum templum extructum eſt, atque appellatur ſancta reſurrectio. Illud verò, *extolletur ſupra vertices montium*, gloria (inquit) & honore extolletur. Quorum montium? Mundi videlicet, in quibus infeſtiſſimè idolis ſacrificabant, qui aſcendebant. *Et exaltabitur ſupra colles.* Quos colles? Qui ſunt huius domini ſiue poſſeſſionis, in quibus idolorum templa conſtructa erant: & relinquent gentes montes & colles, & omnem errorem ipſorum, in quibus dæmoniis ſeruiebant: & venient ad montem eminentiſſimum & illuſtriſſimum, & ad nouum templum ſanctæ reſurrectionis, nempè in Hieruſalem. *Et venient multi populi, & dicent, Venite, & aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob: & annuntiabit nobis viam ſuam, & ambulabimus in ipſa.*

Quod funditus deletum fuit à Rom. anno fere 40. poſt reſurrectionem Chriſti nec amplius fuit inſtauratum. Proditum eſt tamen literarum monumentis Adrianũ Imp. Iouis ſimulachrũ in loco reſurrectionis Chriſti cõſecraſſe & durauiſſe vſque ad Imperiũ Cõſtantini. Vide Genebrardi Th. Chr. lib. 3. an. D. 129.

καὶ ὁ οἶκος τοῦ θεοῦ ἐμφανήσεται ἐπ' ἄκρων τῶν ὀρέων. ποῖος ὁ οἶκος; ἆρα ὁ ναὸς τοῦ Σολομῶντος; μὴ γένοιτο. προέφθη γὰρ καὶ θέασαι, ὅτι κατέσκαπται. ἀλλὰ ποῖος οἶκος; ὅπου ἐτάφη καὶ κατῴκησεν ὁ Ναζωραῖος τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας. Καὶ ἀνέστη ἐκεῖθεν, καὶ εὐθέως ᾠκοδομήθη ἐπάνω τοῦ τάφου ναὸς, καὶ προσαγορεύεται ἡ ἁγία ἀνάστασις. Τὸ δὲ, ἐμφανήσεται ἐπ' ἄκρων τῶν ὀρέων, τῇ δόξῃ, φησὶ, καὶ τῇ τιμῇ ἐμφανήσεται. ποίων ὀρέων; τοῦ κόσμου δηλονότι, ἐν οἷς ὄρεσιν ἀνερχόμενοι ἐθνικῶς, τοῖς εἰδώλοις ἐθυσίαζον. Καὶ ὑψωθήσεται ὑπεράνω τῶν βουνῶν. ποίων βουνῶν; τῶν τῆς " κτίσεως, ἐν οἷς οἱ ναοὶ τῶν εἰδώλων καθίδρυνται. Καὶ καταλείψουσι τὰ ὄρη καὶ τοὺς βουνοὺς τὰ ἔθνη, καὶ πᾶσαν τὴν πλάνην αὐτῶν, ἐν οἷς τοῖς δαιμονίοις ἐλάτρευον. Καὶ ἥξουσιν ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ περιφανέστατον, καὶ ἐπὶ τὸν νέον ναὸν τῆς ἁγίας ἀναστάσεως, ἤγουν ἐν Ιερουσαλήμ. Καὶ ἐλεύσονται πολλοὶ λαοὶ, καὶ ἐροῦσι, Δεῦτε καὶ ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος κυρίου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ Ιακὼβ, καὶ ἀναγγελεῖ ἡμῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ πορευσώμεθα ἐν αὐτῇ.

" κ. κτήσεως.

Βλέπεις προφητείαν ἐν καθαρῷ συντεθειμένην, ἐν ᾗ παροιμία οὐδεμία, ἀλλὰ παῤῥησία ἀληθής; Ερβάν. Εἰς τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ ἐμφαίνει ἐλεύσεσθαι τὰ ἔθνη. πῶς δὲ αὐτὸς ἐπ' ἐκεῖνον τὸν ναὸν, ὃν ἐδείματο ἡ βασιλὶς Ελένη, μετοικίζεις τὴν λέξιν; Καὶ ὁ ἅγιος. Καὶ μὴν, τίς τίσοι ἀνήγγειλεν, ὅτι ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος τοῦ θεοῦ, οὐκ ἔστι θεὸς Ιακὼβ; ἀλλὰ μὴ χολᾷς, καὶ Αβραὰμ,

γρ. οὗτος, ὁ ὄντως

καὶ Ισαὰκ, καὶ Ιωσὴφ, καὶ Μωϋσέως, * οὕτως ἐστὶ θεὸς καὶ κύριος. μὴ γάρ τις ἐπλαίνησεν; ὅτι τὴν περὶ τῆς παρουσίας Χριστοῦ Ιουδαίων πιστῶν ἀποκοπὴν τις πέφυκεν ὑμῖν τῶν Χριστιανῶν. μὴ γένοιτο. πάνυ γὰρ ἡμεῖς ἐκείνους σεβαζόμεθα, ὡς τὸν νόμον τοῦ θεοῦ εὐσεβῶς τηρήσαντας· ὑμᾶς δὲ τοὺς ἀπὸ τῆς παρουσίας Χριστοῦ ἀπίστους καὶ ἀγνώμονας ἀναφανέντας βδελυσσόμεθα. Ερβ. Διὰ τὴν αἰτίαν; Καὶ ὁ ἅγιος. Επειδὴ ὃν ἐμαρτύρησεν ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται ἥξειν, ἐλθόντα ἠρνήσασθε, καὶ οὐ προσεδέξασθε. Ερβάν. Κεφάλαιον τίς οὐκ ἀγνοήσει, μετὰ σοῦ ὁμιλῶν. ὃν οἱ προφῆται ἐμαρτύρησαν, ἴσως ἀκμὴν οὐ παρεγένετο. ὅταν δὲ παραγένηται, ἀδύνατον πέφυκεν,

ἵνα

Vides Prophetiam in puro & lucido poſitam, in qua parœmia nulla, ſed vera & libera atque aperta locutio. HER. In domũ Dei gentes venturas eſſe Propheta declarat. Quomodo ipſe in illud tẽplum, quòd ædificauit Helena regina, dictionem trãſfers? S. ARCH. Atqui quis tibi nuntiauit quòd vnigenitus Dei filius & Verbum nõ eſt Deus Iacob? ſi non iraſceris, etiam Abraham, & Iſaac, & Ioſeph, & Moſis, ſic eſt Deus & Dominus. Non quis in errorem induxit, quòd Iudæorum, qui ante Chriſti aduẽtum fuerunt, quædã reciſio Chriſtianorum vobis fuerit? Abſit. Nos enim planè illos colimus & reueremur, vt potè qui legem Dei piè & ſanctè ſeruarunt: vos verò, qui ab aduẽtu Chriſti infideles, contumaces ac præfracti viſi eſtis, deteſtabimur. HERBAN. Quamobrem? S AN. ARCHIEPISCOP. Quia quem lex & Prophetæ venturum eſſe teſtati ſunt, poſtquàm venit, eum abnegaſtis, neque amplexati eſtis. HERBANVS. Quis tecum diſputans, non capite doleat? Quem Prophetæ venturum teſtati ſunt, fortaſſè nondum planè aduenit. Cùm autem aduenerit, fieri non poteſt,

Hæc eſt Helena Conſtãtini mater, quæ diuinis monita viſionib⁹ beatiſſimũ Crucis ſignũ in quo mũdi ſalus pependit apud Hieroſolymã reperit, anno Domin. 325. Euſ. in Chr.

Qui ſpiritaliter legem Moſis intelligũt & ſeruãt Chriſto ſeruiunt. Diu. Aug. lib. 20. c. 28. de Ciu. Dei.

quin populum ſuum quærat, quem ex ſeruitute Ægyptiorum redemit, horribilibus ſignis & prodigiis. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Prorſus, ô miſer, de Antichriſto nugatus es: illum enim vēturum vos expectatis. Væ autem vobis, quia in peccatis veſtris moriemini, pro paſtore beſtiam diram & lupum ferum accipientes. HERBANVS. Eſaias de noſtra poſtrema ſalute, qui ſumus Iſraëlitæ, vaticinatur. *Erit* (inquit) *in poſtrema die lux Iſrael ſicut ignis, & ſanctificabit ipſum in flamma ardente Deus. Et comburet & abſumet ſyluam, ſicut fænum. Die illa extinguentur montes & colles & vepres: & abſumet ab anima vſque ad carnes. Et erit fugiens ſicut à flamma flagrante. Et combuſti ab ipſis erunt numerus, & puer paruulus ſcribet ipſos. Et erit in die illa, non amplius adÿcietur reſiduum Iſrael, & reliquiæ Iacob non amplius confident ÿs qui ſibi iniuriam fecerunt, ſed fiduciam habebunt in Deum ſanctum Iſrael.* SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Interpretare mihi vaticinium

Ioan. 8. de hac beſtia, Apocalypſ. 13.

Eſ. 10.

ἵνα μὴ ζητήσῃ τὸν λαὸν αὐτοῦ, ὃν ἀνῆκε δουλείας Αἰγυπτίων, σημείοις φοβεροῖς καὶ τέρασι. Καὶ ὁ ἀγ. Πάντως, ἄθλιε, κατὰ τῆς αὐτῆς γείσου κατεφλυάρησας. ἐκεῖνον δὲ ὑμεῖς προσδοκᾶτε ἥξειν. καὶ οὐαὶ ὑμῖν, ὅτι ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ ὑμῶν ἀποθανεῖσθε, ἀντὶ ποιμένος θηρίον πονηρὸν καὶ λύκον ἀπηγγελωμένον δεξάμενοι. Ἑβρ. Ἡσαΐας περὶ τῆς ἐσχάτης ἡμῶν τῶν Ἰσραηλιτῶν σωτηρείας λέγει. Ἔσται, φησὶ, ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ ὁ φῶς τοῦ Ἰσραὴλ ὡς πῦρ, καὶ ἁγιάσει αὐτὸν ἐν φλογὶ καιομένῃ θεὸς, καὶ φλέξει, καὶ φάγεται τὴν ὕλην ὡς χόρτον. τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἀποσβεσθήσεται τὰ ὄρη καὶ οἱ βουνοὶ, καὶ οἱ δρυμοὶ, καὶ καταφάγεται ἀπὸ ψυχῆς ἕως σαρκῶν. Καὶ ἔσται ὁ φεύγων, ὡς ἀπὸ φλογὸς καιομένης. καὶ οἱ καταφλεχθέντες ἀπ᾽ αὐτῶν, ἔσονται ἀριθμὸς, καὶ παιδίον μικρὸν γράψει αὐτούς· καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, οὐκέτι προστεθήσεται ὁ καταλειφθὲν τοῦ Ἰσραήλ. καὶ οἱ καταλειφθέντες τοῦ Ἰακὼβ, οὐκέτι πεποιθότες ἔσονται ἐπὶ τοὺς ἀδικήσαντας αὐτοὺς, ἀλλ᾽ ἔσονται πεποιθότες ἐπὶ τὸν θεὸν τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραήλ. Καὶ ὁ ἀγ. Ἑρμήνευσόν μοι τὴν

προφητείαν. ἐγὼ γὰρ ἐπίσταμαι, ὅτι παντε-
λῶς ἀγνοεῖς αὐτῆς τὴν δύναμιν. Ἐρβαν. Εἰ
ἠγνόουν, οὐκ ἂν σοι αὐτὴν προήγαγον. Καὶ
ὁ ἀγ. Λέγε οὖν, ἐπεὶ ταύτην ἐπίστασαι. Καὶ
ὁ Ἐρβαν. ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦδε τοῦ βίου, κα-
ταβήσεται πῦρ ἀπὸ τοῦ θεοῦ, διπλῆν τὴν ἐνέρ-
γειαν κεκτημένον· καὶ τῷ μὲν Ἰσραὴλ φῶς ἔσται
καθορώμενον, καὶ φωτίζον αὐτοῦ τὴν παροικίαν·
τὰ δὲ ὑπόλοιπα πάντα ἔθνη, ὡς ἀστραπὴ,
μεταποιηθὲν καὶ διαδοῦσαν ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ,
καταφάγεται, ὡς ἀλλοφύλους καὶ ἀλλοτρίους τοῦ
νόμου τοῦ θεοῦ· οὐ μόνον δὲ ἐκείνους, ἀλλ᾽ ὅσους
εὕρῃ κοινωνήσαντας ἐν αὐτοῖς τοῖς ἔθνεσιν, ἢ καὶ τὰ τοῦ
νόμου δόκιμα πατήσαντας. μόνοι δὲ ἐκεῖνοι ἐν
ὅλῳ τῷ κόσμῳ εὑρεθήσονται, ὅσοι καταλειφ-
θῶσιν ἀπὸ τῆς φοβερᾶς ἀπειλῆς ἐκείνης τῆς συν-
τελείας, ἤγουν τῆς τοῦ πυρὸς καύσεως. καὶ οὔτε
γρ. ἐκλεί-ψουσι * λείψουσιν, οὔτε προσαχθήσουσιν ἔτι, ἀλλ᾽ ἔσον-
ται ἐν τῷ κόσμῳ ὥσπερ ἄγγελοι θεοῦ, μὴ πε-
ποιθότες ἐπί τινα ἕτερον, ἢ Χριστὸν, ἢ υἱὸν θεοῦ,
ἢ Ἰησοῦν, ἀλλ᾽ ἔσονται πεποιθότες ἐπὶ τὸν θεὸν
τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραήλ. αὕτη ἡ λύσις τῆς προ-
φητείας.

vaticinium. Ego quidem ſcio te huius vim penitus ignorare. HERBANVS. Si ignorarem, non hoc tibi protuliſſem. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Dic igitur, quandoquidem hanc ſcis. HERBANVS. In conſummatione huius vitæ deſcendet ignis à Deo, vim agendi habens duplicem. Et Iſraëli quidem ignis hic velut lux conſpicietur, & illuſtrabit eius viciniam: reliquas autem gentes, idem ignis velut fulgur transformatus & permenſus totum mundum, abſumet, & deuorabit, vt homines alienigenas, & auerſos à lege Dei. Nec tantùm illos, ſed quoſcunque cum aliquibus gentibus communicantes, vel legis placita & autoritatem conculcantes inuenerit. Soli autem illi in vniuerſo mundo inuenientur, qui relicti fuerint, & euaſerint ab illa horrenda comminatione conſummationis, nempè exuſtionis ignis. Neque deficient neque adijcient amplius, ſed erunt in mundo tanquam angeli Dei: neque nitentur aut confident in aliquo alio, vel Chriſto, vel Filio Dei, vel Ieſu, ſed in Deo ſancto Iſraëlis fiduciam habebũt. hæc eſt ſolutio & explicatio Prophetiæ ſiue va-

Iudæi cæci peruertunt prophetias.

ticinij. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Peſsima interpretatio, ô Herbane, & quæ nunc abs te dicta ſunt, abſurditate & inſcitia plena ſunt. Scio te excogitaſſe, & iſtam tuam interpretationem in tuũ auxilium & præſidium detorquere, ſicut & ſuperiores. HERBANVS. Sed & tu ipſe dic quæ vis & quæ ſentis. SANCTVS ARCHIEPISCOPVS. Summa huius vaticinij in hoc quodam modo poſita eſt. Erit (inquit) quando Deus conſummabit omnia faciens in monte Sionis & in Hieruſalem. Quænam omnia? Perſpicuum quòd quæcunque ipſe antè ſumpta prædixit: quomodo deficiet regnum Iudæorum: quomodo abducentur Hebræi, & graui anguſtia coarctabuntur, nempè captiuitate: quomodo principes Iſraëlis peribunt, quos quidem Sodomis aſſimilauerat: quomodo populus exterminatus funditùs fuerit, quem Gomorrhæ perſimilẽ dixerat: quomodo lex ceſſabit: quomodo Iſraël Chaldæis tradetur, & Romanis erit in depopulationem: Quomodo Chriſtus Filius Dei viuẽtis veniet, & faciet ſigna & prodigia, & non acceptus cõprehendetur ab iniquis & ſceleratis Iudæis, &

Ieſus Chriſtus virtutibus & prodigiis & ſignis magnꝰ & manifeſtus. Act. Apoſt. 2.

ſatis

φητείας. Καὶ ὁ ἀγ. Κακίστη ἑρμηνεία, ὦ Ἑρβᾶν, καὶ πλήρη ἀλογίας καὶ ἀμαθείας τὰ παρὰ σοῦ νῦν εἰρημένα. οἶδα ὅτι διενοήθης, καὶ ταύτην διαστρέψαι τὴν ἑρμηνείαν εἰς τὸ βοηθῆσαι σοι, ὥσπερ καὶ τὰς ἀνωτέρω. Ἐρβ. Ἀλλὰ φράσον καὶ αὐτὸς ἃ βούλει. Καὶ ὁ ἀγ. Ἐν κεφαλαίῳ τῆς προφητείας ταύτης οὕτως πῶς ἔγκειται. ἔσται, φησὶν, ὅταν συντελέσῃ κύριος πάντα ποιῶν ἐν τῷ ὄρει Σιὼν, καὶ ἐν Ἱερουσαλήμ. ποῖα πάντα; πρόδηλον ὅτι ὅσα αὐτὸς ὁ προφήτης προλαβὼν ἐπροφήτευσεν, ὅπως ἐκλείψῃ ἡ βασιλεία τῶν Ἰουδαίων. ὅπως ἐν ἐπαγωγῇ ἔσονται οἱ Ἑβραῖοι, καὶ δεινῇ στενοχωρίᾳ, ἤτοι ἐν αἰχμαλωσίᾳ· ὅπως οἱ ἄρχοντες τοῦ Ἰσραὴλ ἀπολοῦνται, οὕσπερ τοῖς Σοδόμοις ἀπείκασεν. ὅπως ὁ λαὸς ἐξολοθρευθῇ, οὓς τῇ Γομόρρᾳ παρεπλησίασε· ὅπως ὁ νόμος παυθήσεται, ὅπως Ἰσραὴλ Χαλδαίοις παραδοθήσεται, καὶ Ῥωμαίοις ἔσται εἰς προνομήν· ὅπως ἥξει ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, καὶ ποιήσει σημεῖα καὶ τέρατα, καὶ κρατηθῇ μὴ δεχθεὶς παρὰ τῶν παρανόμων Ἰουδαίων, καὶ

πάθη ἰχθνὰ, καὶ ἀναληφθήσεται εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἀποστείλει τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης, καὶ ἐπιστρέψει πάντα τὰ ἔθνη εἰς τὴν ἐπίγνωσιν αὐτοῦ. Ὅταν τοίνυν συντελέσῃ, ταῦτα ποιῶν πάντα ἐν τῷ ὄρει Σιὼν, ὁ ἐν τοῖς ὑψίστοις καθήμενος, καὶ ἐν τῇ ἄνω Ἱερουσαλὴμ τῆς βασιλείας αὐτοῦ αὐλιζόμενος, ἐπισκέψεται ὡς ἂν εἴπῃ τις εὐχαρήσας, ἐπὶ τὸν νοῦν τὸν μέγαν τὸν ἄρχοντα τῶν Ἀσσυρίων, καὶ ἐπὶ τὸ ὕψος τῆς δόξης τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ. εἶπε γὰρ, τῇ ἰσχύϊ τῆς χειρός μου ποιήσω, καὶ ἐν τῇ σοφίᾳ τῆς συνέσεώς μου ἀφελῶ ὅρια ἐθνῶν, καὶ τὴν ἰσχὺν αὐτῶν προνομεύσω, καὶ σείσω πόλεις κατοικουμένας, καὶ τὴν οἰκουμένην ὅλην καταλήψομαι τῇ χειρί μου ὡς νοσσιὰν, καὶ ὡς καταλελειμμένα ὠὰ ἀρῶ, καὶ οὐκ ἔστιν ὃς διαφεύξεταί με, ἢ ἀντείπῃ μοι, ἀνοίγων στόμα καὶ στρουθίζων. Τί οὖν; περὶ τίνος λέγει ὁ προφήτης, ὅτι βλέψει ὁ θεὸς ἐπὶ τὸν νοῦν τὸν μέγαν, τὸν ταῦτα πάντα ἅπερ εἶπον καυχησάμενον; τίς ἐστὶν ὁ νοῦς ἐκεῖνος, ὁ τὰ ὑπέρογκα φυσήσας; αὐτὰς ἑρμηνεύσει ὁ προφήτης, ὅτι ὁ ἄρχων τῶν Ἀσσυρίων, φησὶ, τουτέστιν ἡ βασι-

ſatis multa perpeſſus in cœlum aſſumetur, & ſuos diſcipulos mittet in fines orbis terrarum, & conuertet omnes gentes ad ſui cognitionem. Quando igitur hæc faciens omnia in monte Sionis conſummauerit, in altiſsimis ſedens, & in ſuperna Hieruſalem ciuitate regni ſui habitans, intuebitur, vt quis non ineptè locutus dixerit, in magnam mentem, principem Aſſyriorum, & in altitudinem gloriæ oculorum ipſius. Dixit enim, *Robore manus meæ faciam, & ſapientia intellectus mei auferam fines gentium, & robur ipſarum deprædabor, & quatiam ciuitates habitatas, & totum orbem terrarum relinquam manu mea velut nidum, & vt derelicta oua tollam, & non eſt qui me effugiat, vel contradicat mihi, aperiens os & paſſeris in modum ſtridens.* Quid igitur? De quo Propheta dicit, quòd inſpiciet Deus in mentem magnam, quæ ob hæc omnia, quæ quidem dixi, glorietur? Quæ eſt mens illa, quæ hæc prætumida efflet? Ipſe Propheta interpretabitur, quòd princeps Aſſyriorum (ait) id eſt,

Textus Prophetæ Eſ. c. 10. paululũ inuerſus.

Eſ. 10.

Edit. vulg. Et non fuit qui moueret pennam & aperiret os, & ganniret.

regnum Aſſyriorum, nempè Perſarum. huic enim regno permiſit Deus, atque extrema & atrociſsima malorum Hieruſalem demonſtrauit: quando * & coquorum præfectus Nabouzardan domum Dei incendit, & profectus populum captiuum abduxit, atque in ſeruitutem redegit. Illud igitur regnum cùm talia, Deo permittente, feciſſet, non moderatè & clementer tulit in humilitate cordis ſui, neque intellexit fines orbis terrarum Dei iudicijs regi & diſpenſari: ſed viſum eſt, ex propria prudentia hos proſperos ſucceſſus ſibi contigiſſe. Mox itaque Rex corde elatus eſt, ac faſtu & inſolentia deprauatus, illa in tabella publicè ſcripta & propoſita cum fremitu edixit, omnem terrarum orbem ſibi ſubiectum eſſe. Quapropter Deus eius dementiam & inſaniam per Prophetam redarguens, & volens perdere, prædictis ſubiunxit: Audi tu qui hæc dixiſti: non Dei iudicijs, ſed quicquid eſt, tibi ipſi attribuens. *Nunquid gloriabitur bipennis, abſque eo qui per ipſam ſcindit*, tãquam ſibi & per ſe ipſa ſcindat? *aut ſerra extolletur abſq; eo qui trahit ipſã*, ad qui-

* Ab aliis præfectus capitalium rerũ dicit̃, aliis magiſter ſuppliciorum, In 4. Reg. 25. edit. vulg. princeps militum & militiæ vlt. c. lib. Reg.

Daniel. 4.

Hæc contra Nabuchodonoſor victoriam in Hebræos ſuæ prudẽtiæ tribuentem dicta ſunt, ac ſi ſecuris & ſerra gloriaretur cõtra eum qui ea vtitur.

Ibid. Eſ. 10.

ἡ βασιλεία τῶν Ἀσσυρίων, ἤγουν τῶν Περσῶν. ταύτῃ γὰρ τῇ βασιλείᾳ συνεχώρησεν ὁ θεὸς, καὶ τὰ πάνδεινα τῇ Ἱερουσαλὴμ ἐνεδείξατο, ὅτε καὶ ὁ ἀρχιμάγειρος Ναβουζαρδὰν τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ ἐνέπρησεν, ἀπῆρας καὶ τὸν λαὸν εἰς ἀπαγωγὴν δι' αἰχμαλωσίας. ποιήσασα τοιγαροῦν ἡ βασιλεία ἐκείνη τὰ τοιαῦτα, τοῦ θεοῦ τοῦτο συγχωρήσαντος, οὐκ ἐπέσχε πράως τῇ ταπεινώσει τῆς καρδίας αὐτοῦ, οὔτε συνῆκε ὅτι κρίμασι θεοῦ διοικοῦνται τῆς οἰκουμένης τὰ πέρατα, ἀλλ' ἔδειξεν ὅτι ἐξ ἰδίας συνέσεως ταῦτα αὐτῷ τὰ εὐτυχήματα συνίστηκασι. Καὶ εὐθέως ὑψώθη τῇ καρδίᾳ, καὶ ἐπηρώθη τῷ φρονήματι, καὶ τὰ προγεγραμμένα ἐφρυάξατο, πᾶσαν τὴν οἰκουμένην λέγων ὑποταγῆναι αὐτῷ. οὐκοῦν ἐλέγχων τὴν ἄνοιαν αὐτοῦ ὁ θεὸς διὰ τοῦ προφήτου, καὶ βουλόμενος ἀπολέσαι, τοῖς προειρημένοις ἐπήγαγεν, Ἄκουσον, εἰπὼν σὺ ὁ ταῦτα, οὐ τοῖς κρίμασι τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ σεαυτῷ τὸ πᾶν λογιζόμενος· μὴ δοξασθήσεται ἀξίνη ἄνευ τοῦ κόπτοντος δι' αὐτῆς, ὥστε κόπτειν ἑαυτῇ; ἢ ὑψωθήσεται πρίων ἄνευ τοῦ ἕλκοντος

κ. διὰ τοῦ αὐτὸν διὰ τὸ* πρίσαι τὸ οἱονοῦν; ἢ ἀρθήσεται ῥάβδος ἐφ' ἑαυτῆς, καὶ τύψηται, ὅταν καὶ βούλεται; παραβολὴν εἰσάγων. πρὸς τὴν ὑπερήφανον ἐκείνην βασιλείαν ὁ προφήτης, λέγει, Ὅτι ἔδει σε κἂν τούτοις τοῖς χαρακτῆρσι ποδηγηθέντα νοῆσαι καὶ συνιέναι, ὅτι οὔτε τοῦ τρέχοντος, οὔτε τοῦ διώκοντος, ἀλλὰ τοῦ συγχωροῦντος θεοῦ, τὰ τῇδε χρηματίζουσι, πόλεμοί τε, καὶ νῖκαι, καὶ ἧτται, καὶ ἕτερά τινα προτερήματα. ἐπειδή, φησίν, οὐκ ἐβουλήθης τοιούτῳ σκοπῷ τὸ πᾶν τοῦ θεοῦ λογίσασθαι, ἀλλ' ἐπαρθεὶς τῇ καρδίᾳ ἐφύσησας ὑπέρογκα μεγάλα, φαντασθεὶς τῷ πνεύματι περὶ σεαυτοῦ καὶ οὐκ ἐμοῦ, ζῶ ἐγώ, λέγει κύριος, ὡς βεβούλευσαι, οὐχ οὕτως ἔσται· ἀλλ' ἀποστελῶ, φησίν, εἰς τὴν σὴν τιμὴν ἀτιμίαν, καὶ εἰς τὴν δόξαν πῦρ. φημὶ δὲ τὸν πειρασμὸν καιόμενον, ὃ καὶ καυθήσεται μεγάλως· καὶ ἔσται τὸ φῶς τοῦ Ἰσραὴλ ὡς πῦρ, καὶ ἁγιάσει αὐτὸν ἐν φλογὶ καιομένῃ, καὶ φλέξει, καὶ καταφάγεται ὡς χόρτον τὴν ὕλην. ἐνταῦθα ἐστίν, Ἑρβᾶν, τὸ ζητούμενον. σὺ μὲν γὰρ ἀνοήτως πως ἡρμήνευσας τοῦτο τὸ ῥῆμα.

ἐγὼ

quia quiduis ſecet? *aut virga efferetur in ſemet ipſa*, & feriet hunc, & quodcunque velit? Parabolam aduerſus ſuperbum & inſolens illud regnum adducens Propheta, dicit, quòd te his notis & figuris inductum oportebat mente percipere & intelligere, quòd neque currentis neque perſequentis eſt, ſed Dei permittentis, vt hæc hoc modo eueniant, & bella, & victoriæ, ſtrages, & cædes, & alia quædã prius proſperè geſta. Quoniam igitur noluiſti tali ſcopo, quicquid eſt, Dei opus eſſe exiſtimare: ſed corde elatus & inſolens ſuperba & tumida efflaſti, de te ipſo, & non de me magnifica ſpiritu tuo opinat⁹, Viuo ego, dicit Dominus, *qui voluiſti non ſic erit: ſed mittam* (ait) *in tuum honorem, infamiam, & in tuam gloriam ignem.* Dico hunc ignem, tentationem eſſe ardentem, qui ignis vehementer ardebit. *Et erit lux Iſraelis velut ignis, & ſanctificabit ipſum in flamma ardente: & incendet & abſumet velut fœnum, ſyluam.* In hoc, ô Herbane, quod quæritur poſitum eſt. Tu quidem inſipienter quodammodò hoc verbum interpretatus es.

Alludit ad illud D. P. Rom. 9. Neque volẽtis eſt, neque currentis, ſed Dei miſerentis. Obſerua Dei volũtatem permiſſiuã.

Ibidem.

Ego verò propterea altiùs repetito principio huius Prophetiæ caput & ſummam tibi explanare fui coactus, vt ad verbum audiens omnia intelligas. Cùm dixit Propheta, quòd *erit lux Iſraelis tanquam ignis, & ſanctificabit ipſum in flamma ardente, & comburet, & abſumet ſyluam velut fœnum:* nempè anguſtiam quæ fuit in captiuitate, atque in terra aliena violentiſſimum domicilium, & vituperium gentium, & dolorem & afflictionem, & metum ac terrorem mortis, quem Rex Aſſyriorum incutiebat, & captiuitatem ipſorum, & peregrinationem, quem captiui in terra aliena ſuſtinuerunt egentes, lucem caſtigationis ſiue emendationis, quæ neceſſariò interna abſumit, tropicè ſignificauit. Si quidem in terra ſua, in requie cùm eſſent, obtenebrabantur, & intrepidè peccabant. Propterea Deus
4.Reg. c.21. excitauit Regem Aſſyriorum, qui caſtrametatus Hieruſalem cepit poſt mortem Regis Manaſſę, & abduxit populum in terram Chaldæorum, & illic habitare ipſum fecit: vt quos licentia, crapula, ebrietas, luxus, deliciæ obtenebrabant, & Dei

ἐγὼ δὲ διὰ τοῦτο ἄνωθεν ἠναγκάσθην διηγήσασθαί σοι τῆς προφητείας τὸ κεφάλαιον, ἵνα καὶ ἔπος ἀκούσας, * συνήσης πάντα. εἰπὼν γὰρ ὁ προφήτης, ὅτι ἔσται τὸ φῶς τοῦ Ἰσραὴλ ὡς πῦρ, καὶ ἁγιάσει αὐτὸν ἐν φλογὶ καιομένῃ, καὶ φλέξει, καὶ καταφάγεται ὡς χόρτον τὴν ὕλην, τὸ ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ γενομένων, καὶ τὸ ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ βιαιότατον παροίκημα, καὶ τὸν ὀνειδισμὸν τῶν ἐθνῶν, καὶ τὴν λύπην, καὶ θλίψιν, καὶ τὸν φόβον τοῦ θανάτου, τοῦ βασιλέως τῶν Ἀσσυρίων, καὶ τὴν * ἀλωσίαν αὐτῶν τε καὶ ξενιτείαν, ἣν αἰχμαλωτισθέντες, καὶ ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ ὄντες, ὑπέμενόν τε δεόμενοι, φῶς σωφρονισμοῦ τὸ ἐξ ἀνάγκης ἐσθίοντα ἐνδόσθια ἐρωτικᾶς ἠνίξατο. ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῇ γῇ ἰδίᾳ ἐν ἀναπαύσει χρηματίζοντες ἐσκοτίζοντο, καὶ ἀδεῶς ἐξημάρτανον· διὰ τοῦτο ἐξήγειρεν ὁ θεὸς τὸν βασιλέα τῶν Ἀσσυρίων, καὶ στρατοπεδεύσας περιέλαβε τὴν Ἱερουσαλὴμ, μετὰ τὴν τελευτὴν βασιλέως Μανασσῆ, καὶ ἀπῆρε τὸν λαὸν ἐν γῇ Χαλδαίων, καὶ κατῴκησεν αὐτὸν ἐκεῖσε, ἵνα οὓς ἡ ἄνεσις καὶ ἡ μέθη καὶ ἡ σπατάλη ἐσκότιζε,

ἴσ. συνίῃς

ἴσ. ἅλωσιν ἢ αἰχμαλωσίαν

τ

καὶ τῶν τοῦ θεοῦ προσταγμάτων ἀμελεῖν καὶ ἐκπιπλεῖν ἐποίει, τούτοις ἡ λύπη καὶ ἡ ταλαιπωρία, καὶ ἡ ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ διατριβή, κατεσθίουσα ὡς πῦρ καιόμενον, φωτίσει τὸν νοῦν. Καὶ ὅρα τὸν Μανασσῆν, ὅπως ἐφώτισεν αὐτὸν ἡ ἀπαγωγὴ τῆς αἰχμαλωσίας. ἐκεῖθεν γὰρ διασωθεὶς, καὶ μεταγνοὺς εὗρεν ἔλεος παρὰ κυρίου. περὶ τούτου τοῦ σκοποῦ τοίνυν, ὦ Ἐρβαῖ, τὸν λόγον ὁ προφήτης ᾐνίξατο, Ὅτι ἔσται τὸ φῶς τοῦ Ἰσραὴλ ὡς πῦρ, καὶ ἁγιάσει αὐτὸν, ὃ καὶ γέγονεν· καὶ τὰ ἑξῆς. περὶ δὲ τοῦ αἰχμαλωτεύσαντος αὐτὸν βασιλέως, ἀνθ' ὅσον ἐπήρθη, καὶ οὐκ ἐλογίσατο τὸ πᾶν τῷ θεῷ, ἀλλ' ὑψώθη τῇ καρδίᾳ, ἀποφαίνων κατ' αὐτοῦ ὁ θεὸς, φησὶ, διὰ τοῦ προφήτου. Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἀποσβεσθήσεται τὰ ὄρη, καὶ οἱ βουνοὶ, καὶ οἱ δρυμοὶ, καὶ καταφάγεται ἀπὸ ψυχῆς ἕως σαρκῶν. Καὶ ἔσται ὁ φεύγων, ὡς ἀπὸ φλογὸς καιομένης· καὶ οἱ καταλειφθέντες ἀπ' αὐτῶν ἔσονται ἀριθμὸς, καὶ παιδίον μικρὸν γράψει αὐτούς. Τίνα οὖν εἰσὶ τὰ ὄρη, ἃ λέγει ἀποσβεσθῆναι, καὶ οἱ βουνοὶ καὶ οἱ δρυμοὶ, οὓς καταφάγεται ἀπὸ ψυχῆς ἕως σαρκῶν, παρέσχε ἀκριβῶς.

τὰ

& Dei mandata negligere & obliuiſci, & ab his excidere faciebant, hos dolor, anguſtia & calamitas, & in terra aliena conuerſatio & vexatio excedens velut ignis ardens, mentem accenderet. Quinetiam vide Manaſſem, quomodo ipſum in captiuitatem abductio illuminauit. Illinc enim conſeruatus & reſipiſcens, miſericordiam apud Dominum inuenit. Ad hunc igitur ſcopum, ô Herbane, Propheta intuens, vaticinium protulit, Quòd *erit lux Iſraelis ſicut ignis, & ſanctificauit ipſum.* quod factum eſt, &c. De Rege autem, qui ipſum captiuum abduxerat, quia elatus eſt, neque quicquid erat, Dei eſſe factum exiſtimauit, ſed corde & animo ſuperbijt, ſententiam pronuntians aduerſus ipſum Deus, dicit per Prophetam: *In illa die extinguentur montes & colles & vepres, & abſumentur ab anima vſque ad carnes. Et erit qui fugit, vt à flamma ardente: & relicti ab ipſis erunt numerus, & paruulus puſio deſcribet ipſos.* Quinam ſunt montes, quos dicit extinctum iri? Qui colles & ſentes quos abſumet flamma ab anima vſque ad carnes? Attentè audi, & diligenter intellige.

Paralip. lib. 2. c. 33.

Per montes, illos magnos Satrapas Aſſyriorum indicat. Colles ſubiungens, de inferioribus magiſtratibus dicit. Vepres ſiue dumos addens, apertè naturæ ipſorum feritatem oſtendit, & alienationem à fructu ſpiritali. Glans enim porcorum eſt pabulum, & peccatorum opera dæmonum ſunt alimenta. Vniuerſam Aſſyriorum gentem ænigmaticè ſignificauit, cùm dixit, *Montes, colles, & vepres*, vt qui nulli bono & vtili fructui eſſent idonei præterquàm peccato, & ſolum fructum, vt dixi, glandem producerent, qua porci veſcũtur, vt dæmones peccatis. Nec ſolùm dicit, quòd magni & clari & honorati corrumpentur ac peribunt, ſed & vniuerſa tribus ipſorum. Vix enim pauci conſeruabuntur, & tam pauci, *vt paruulus puſio* (ait) *ipſos deſcribat:* id eſt, in exiguo loco quodam campeſtri facilè deſcribentur. Reliqui *ab anima vſque ad carnes*, nempè ab vno ad multos, in interitum & exitium venient, animæ ſimul & corporis mortem obeuntes. Qui autem conſeruati exigui illi, vt à flamma ardente effugient.

Et

τὰ ὄρη ἐμφαίνων τοὺς μεγάλους τοὺς σατράπας τῶν Ἀσσυρίων, καὶ βουνοὺς εἰσάγων, περὶ τῶν καταδεεστέρων ἀρχόντων λέγει· δρυμοὺς δὲ, παραδηλοῖ τὸ ἄγριον τῆς φύσεως αὐτῶν ἐμφαίνει, καὶ τὸ ἀτελές τὸ ἀλλότριον τοῦ πνευματικοῦ καρποῦ. βάλανος γὰρ χοίρων τροφὴ, καὶ τὰ τῶν ἁμαρτωλῶν ἔργα, τροφὴ δαιμόνων. ὅ πᾶν γὰρ ἔθνος τῶν Ἀσσυρίων ἠνίξατο, εἰπὼν, ὄρη καὶ βουνοὺς καὶ δρυμοὺς, ὡς μηδ' ἐνὶ καρπῷ ἀγαθῷ ἐπιτηδείους ὄντας, ἀλλ' ἢ ἁμαρτίας, καὶ μόνον, καθὰ εἴρηκα, καρποφοροῦντας εἰς βάλανον, ἐξ ἧς ἐσθίουσιν οἱ χοῖροι, ὡς δαίμονες*. Οὐ μόνον δὲ φάσκει, ὅτι οἱ μεγάλοι καὶ οἱ ἔντιμοι καταφθαρήσονται, ἀλλὰ καὶ πᾶσα ἡ φυλὴ αὐτῶν· μόλις δέ που ὀλίγοι διασωθήσονται, καὶ τοσοῦτον ὀλίγοι, ὅτι παιδίον μικρὸν, φησὶ, γράψει αὐτοὺς, τουτέστι, ἐν εὐτελεῖ τόπῳ ἐπὶ πεδινῷ εὐπερίγραπτοι ἔσονται· οἱ δὲ λοιποὶ ἀπὸ ψυχῆς ἕως σαρκῶν, ἤγουν ἀπὸ ἑνὸς ἕως πολλῶν, εἰς ἀπώλειαν χωρήσουσι, τὸν ψυχικὸν ὁμοῦ καὶ σωματικὸν ὑπήξαντες θάνατον. οἱ δὲ διασωθέντες εὐτελεῖς ἐκεῖνοι, ὡς ἀπὸ φλογὸς καιομένης, φησὶν, ἔσονται διαφεύγοντες. γ. ἐκ τῶν ἁμαρτιῶν.

